



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>


882 H 50



Národní knihovna ČR
Historické fondy

25 H 723

Národní knihovna



1003303338

a) 2126
18 8 66



K. k. Universitäts-Bibliothek in Prag.



C. k. knihovna vys. škol Pražských.

25. H. 723.

Dworzab



M E T H O D U S
IURISPRUDENTIÆ.

EX

PROPRIIS ET PEREGRINIS JURIBUS
GERMANIÆ RECEPTÆ.

ALIQUIBUS

MONIMENTIS ANECDOTIS

ILLUSTRATA.

CUM


INDICIBUS SATIS COMMODIS.

O P U S.

HENRICI CHRISTIANI BARONIS

DE SENCKENBERG

CONS. IMPER. AULIC



Francofurti ad Moenum,
EX TYPOGRAPHICO VARRENTRAPPIANO.
M D C C L V I.

CONFIDENTIAL

[The main body of the document contains several paragraphs of text that are extremely faint and illegible due to the quality of the scan. The text appears to be a formal report or document, possibly containing technical or sensitive information.]



VIRO ILLUSTRISSIMO.

GENERE ac DIGNITATE EXCELLENTISSIMO.

BURCHARDO CHRISTIANO
B E H R.

S. R. M. BRITANNIAE MAGNAE
P R O
ELECTORATV BRUNSVICENSI
S T A T V S M I N I S T R O.
P A T R O N O ac AMICO
V E T E R I.

D. D. C.

HENRICUS CHRISTIANUS BARO
DE SENCKENBERG.

Extare debebat, VIR ILLUSTRISIME!

D E D I C A T I O .

hoc meae in T E observantiae ac pietatis monumentum. Quo posteritati constet, quanta inter nos fuerit animorum conjunctio. Suspexi ego T E, cum in studiis esses. T V me, cum REGIS TUI AUGUSTISSIMI, (cujus terras, nunquam venerationem reliqui,) ditiones non amplius incolem, juvenis tum, amicitia T V A dignatus es. In praesentatione ad Camerae Assessoris spartam, & cum uterque nostrum Consilium Imperiale, ut vocatur, praeferremus, hic Viennae Collega fuisti. Et recordor illius suavissimi temporis, quo una haesimus; uti habitatione non admodum distincti, ita mente concordēs. Votum nobis unicum, ut pro Virili uterque muneri praesessimus. Reliqua nobis cura in re nulla. Bene inter nos, bene cum Collegis, & bene cum omnibus. T V deinde Regem vocantem secutus es; ego substiti. T E vidi, paulo ante quam Hanoveram abires. Et frui sum laetus;

D E D I C A T I O .

meam praesentiam tantum, non cum cura expectante. Augurabar tum, TE proxime ad altiora iri promotum. Et TVA fortuna, haud secus ac propria laetatus sum. Accidit id quod optabam. Voto me potitum praedico. Sed pluribus intercapedinibus sejuncti sumus. Fero id facile, cum & REGI, & TIBI, VIR ILLUSTRISIME! commodet. Interim & REGI, qui TE Ministrum virtute praestantem acquisivit; & TIBI; & mihi; cui omnia TVA, haud secus ac mea cara sunt; gratulandum est. Privatim id egi; vt omnibus de eo constet, etiam publice. Delegi eum in finem scriptum, cui animi sensa praefigerem; ideo TIBI non ingratum, quia meum; ideo meum, quia puto, TE Methodi & rerum patriae studiosum libenter de his auditorum; & materiem non omnino esse emissionem indignam. Liceat ergo TE longius remotum complecti; liceat offerre opus Scholasticum, ab Academico munere serva-

D E D I C A T I O .

tum; me totum absque involucro fistens, novis curis politum. TV, qui studia semper coluisti & colis, id boni confules. Vt autorem ames, quae TVA benignitas semper fuit, non denuo rogo. Praestas id, & ea es mente; meum, ut favorem TVVM, ea, quam itidem nosti, contentione prosequar, omni observantia, ac animo TIBI devoto, in aevum futurus, ex affe TVVS. Dab. Viennae d. Kal.

Majarum, cIo Io cc LV .



P R A E F A T I O .

Ita in rebus humanis evenit, vt *Methodos Juris* docendi discendique, non eorum esse putemus, qui iam aetatem in studiis exegerunt, & ad dignitatem aliquam vltra scholas pervenerunt; sed eorum, qui prima docendi curarum fere documenta dant, aut minimum in illis adhuc versantur. Ego contra puto. Et eos omnino hanc scriptionem decere, qui & docendi munus, & rerum argumenta non leviter degustarunt. Nec alio modo opere precium fieri potest. Cuncta in jure obvenientia oportet perreptasse eum, qui aliis viam maxime commodam monstret. Alias non vbilibet id proferet, quod ad rem pertinet.

Ego sine rubore profiteor, me iam demum nosse quid sit *Methodus*, & brevem ac connexam adhibendam esse viam. Si antehac peccavi, nunc emendo.

XX

P R Æ F A T I O.

Hinc mihi, inter tot negotia scribendi causa fuit, tum vetus litterarum amor, tum etiam eorum, quae olim composui & nunc revidi, nondum cessans in publicum producendi necessitas. Praesertim cum & liberis meis, aliquando haec studia aggressuris, si Deus eos vivere velit, paternis monitis, ut apud eos maius pondus certe habituris, consultum cupiam.

Brevibus processu praeceptis, longioribus hic non opus esse ratus, multa quae noveram dicere omittens de industria; aut quia non opus erat, aut quia longior esse, aut vero, quia cuiusque privato studio cuncta praeripere nolebam.

Sufficiet id quod dixi, fideli exponentis omnia doctrina accedente, liberis meis; forte etiam in eo acquiescent alii, quibus uti placuerit.

Non vero substiti in iis solum, quae ad Academias pertinent, sed & de tota *puerili institutione*, quae maxime commoda erant sensi; uti nova, & multis antiqua amantibus injucunda, ita mihi tamen optima visa. Et quisque suo sensu abundat.

Mei, si Deus vitam concesserit, eo modo instituentur; nec id semper audebit Medicus, ut eorum, quae aliis praecipiat, in se ipso faciat periculum. Ego contra id adeo non defugio, ut potius tempus illud, spei plenus expectem.

P R Æ F A T I O.

Si non satis erudite multis scripsisse videar, studio vbilibet quaesitae brevitati, & occupationum mearum rationi aliquid fuisse dandum sciant; nec tamen omnino deerunt ad eruditionem facientia. Facile vero licuisset, cumulos allegatorum addere.

Vt vero nimia & affectata aliquando brevitatis, nec satis aliquorum more probata veritas, lecturis magis eruditis in ipsa Methodo, oneri haud sit; addidi pro his *Excursus* quosdam latiores, & alia scitu digna visa, *sex fasciculis*, in dicta Methodo signatis, & post praefationem simul enumeratis.

Novas opiniones non nullibi occurrentes, longe facilius ferri posse credo, atque si non nisi protrita dixissem. Et probationem plerumque addidi. Ita enim sentio, nihil omnino, in tanto librorum numero, ab illo calamo committendum esse, qui non nisi id litteris mandare sciat, quod alii iam centies, & rite dixerunt.

Cunctae in rebus humanis veritates, ab initio novae & graves visae, grato animo tum acceptae, postquam novitatis odor sensim sensimque recessit.

Ego CLEMENTEM *Alexandrinum Stromatum* Lib. I. mihi semper propono, dum in Lat. versione ait: *Nullam existimo scripturam adeo fortunatam procedere, cui nullus*

P. R. E. F. A. T. I. O.

omnino contradicat; sed illam existimandum est esse rationi consentaneam, cui nemo jure contradicat. Nec legem scribere cuiquam possum, nec volo.

Quin cum ipse, (viti & hic interdum accidit,) ab iis quae antehac in obscuro hariolatus sum, *recedere soleam*; vix aliis, nisi summa immodestia, vitio mihi vertere liceret, si mea non statim recipiant. Examinent, & probo eorum circumspectionem.

Stylum carpat nemo, est enim hominis in negotiis verfantis, ei non satis intenti. *Risum* in re seria item ferent cordati, sunt enim multae in humanis res, vbi risum vix teneas.

Addidi alicubi *Editiones*, alibi id neglexi; raros enim & aliquos alios pro arbitrio plene notavi, & semper differentiae fuere causae.

Errores typothetae absentiam meam indicant, si forte sint. *Index* vero alterius, & Viri Eruditi curae debetur, Francofurti confectus.

Placere mea si intellexero, & brevis *Juris Historia*, cuius prima ducta stamina à multis annis, vel invito forensi continuo strepitu sequetur. Dab. XXIII. Febr.

C15 15 CC LV .

CLARISSIMO VIRO BIBLIOPOLAE

SALUTEM!

Vidi, *Vir Clarissime*, ex plagulis impressis per vices ad me transmissis, non sine causa fuisse metum de vitiiis typographicis ex absentia conceptum. Deprehendi commata aliqua transposita, alia omissa, puncta non satis rite collocata. Nec ubique paragraphi compendii causa citati, citationi respondent. Corrupta verba aliqua, interdum ipsa latini sermonis ratio. Sed facile haec deprehendent rerum gnari. Aliqua tamen caeteris graviora sphalmata notare convenit, ubi aut omissum aliquid, aut sensus turbidus redditus, aut plane nomina immutata. Ita

- p. 8. lin. 5. pro *patrio* lege *Pontificio*.
- p. 21. lin. 28. pro *tamen* lege *tales*.
- p. 26. lin. 18. pro *Hermogeniani* lege ac *Hermogeniani*.
- p. 31. lin. 31. post *Matthaeum* adde : inprimis etiam *Matthiae Gulielmi DE LOUVREX* Dissertationes Canonicae de origine electione officio et iuribus praepositorum et Decanorum Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum Leodii 1729. fol.
- p. 41. lin. 19. loco *adeo* lege *ad ea*.
- p. 54. lin. 7. loco *G.* lege *Publici*.
- p. 74. et 75. numeri corrupti. p. 74. lin. 32. dele verbum *ne*. lin. 39. in fine adde : in Remissionibus. lin. 41. loco *usque* lege *quoque*.
- p. 102. lin. 17. post verbum *et* adde *statuta*.
- p. 139. lin. 38. loco *Tutam* lege *Fletam*.
- p. 147. lin. 27. loco *iudicii* lege *iudici*.
- p. 174. lin. ult. loco *Brisoleceno* lege *Brisdeceno*.
- p. 181. lin. 3. loco *Corpus* lege *Corporis*.
- p. 188. lin. 37. sq. loco *Lunaeburgi*, lege *Gryphiswaldiae*.
- p. 191. lin. 25. 26. loco *Electionibus* leg. *Electioribus*.
- p. 194. lin. 14. loco *attinet* leg. *admonet*.
- p. 200. lin. 19. loco *communicare* leg. *commearare*. lin. 33. post *pertinere* add. *inde audivi*.

p. 204. a. lin. 17. post verbum *occupata*, omnium hoc: *Concilia ab eo convocata.*
lin. 36. nota f. post p. *omissa haec*: 81. WENCKER *de Pfaburgeris* p. eadem p. 204. b. lin. 20. loco *expressa leg. excussa.*

Et haec quidem pauca noto ex multis. Id vero adhuc dictum velim, Appendicem IV. Gallica lingua primum conscriptam in latinam esse translata, et ab amico in paucis auctam. Ita salve et bene rem gere. Dab.
Viennae XV. April. Clō Io CC LVI.



Nachricht an den Buchbinder.

Dieses Blatt wird zwischen die Praefation und Designationem Contentorum eingeschaltet.

DESIGNATIO
C O N T E N T O R U M .



METHODUS IURISPRUDENTIAE.

SOLIDE ADDISCENDAE.

E I U S A P P E N D I C E S .

- I. *Notitia Iuris literaria brevissima et selecta, ut et de officio autoris.* Pag. 53.
- II. *Conspectus Systematis Iuris Vniuersi, cum recensu autorum.* Pag. 78.
- III. *Traëtatus de Receptione Iuris Romani in Italia et Germania, cum Diplom. VIII.* Pag. 95.
- IV. *Propylaeum libertatum Ecclesiae Germanicae ANONYMI.* Pag. 163.
- V. *Corporis Iuris Germanici Medii aevi umbra, cum Commentario.* Pag. 181.
- VI. *Historiae Iurisprudentiae Publicae Idea.* Pag. 189.

METHODUS IURISPRUDENTIAE

SOLIDE ADDISCENDAE.

PRÆMISSIS ALIQUIBUS.

D 2

INSTITUTIONE PUERILI.

DESIGNATIO SUMMARIA.

§. 1. **P**raefatio. *Methodorum* Scriptores.
Institutum auctoris.

§. 2. 3. *De prima puerili Institutione, usque ad annum VIII. absolutum.*

§. 4. 5. 6. *Institutio ex historia ad stylum, Philosophiam, Historiam universalem Romanam, ac Rhetoricam usque ad annum XI. completum.*

§. 7. *Traditio Poëseos & Historiae Germaniae, anno duodecimo.*

§. 8. *Historiae Ecclesiasticae & Litterariae, anno decimo tertio.*

C A P U T I.

Generalia:

§. 9. *Decimo quarto anno, Ius aggredi licet, ubi Methodus discenda, & in jam notorum exercitio continuandum.*

§. 10. 11. 12. *Ius nostrum esse Germanicum, & hac civitate etiam donata Romana. & Canonica, ut veteris Iuris accessionem novam.*

§. 13. *Quodque horum hauriendum ex suis separatis principiis.*

§. 14. *Opus est praecognitis & adminiculis, modo discendi Iurisprudentiam, & applicandi.*

C A P U T II.

De praecognitis & adminiculis.

§. 15. *Generalis recensio.*

§. 16-21. *De Historia literaria praecognitorum & Iurisprudentia, eiusque notitia paranda.*

§. 22-34. *De studiis humanioribus, interque ea Grammaticae, cum linguis & arte critica.*

§. 35-38. *De Philosophia eiusque partibus.*

§. 39-41. *De Historia Civili, Ecclesiastica, omnibusque eo spectantibus.*

§. 42-44. *De antiquitatum studio.*

C A P U T III.

De studio Iurisprudentiae.

§. 45-46. *De generalibus discentium ac docentium officiis.*

§. 47. *De Historia Iuris.*

§. 48. *De Iure Universo simul systematicè tractando.*

§. 49. *Viae vulgaris, per multas separatas classes, descriptio.*

S E C T I O I.

De Iure Romano Iustiniani.

§. 50. *De Iure Veteri ante Iustinianum & Byzantino.*

A

- §. 51. *De Corpore Iuris Iustiniani.*
 §. 52. *Autoritas huius Corporis.*
 §. 53. *De praelectionibus in Instituta.*
 §. 54. *Corpus Legum eis praesferendum.*
 §. 55. *De Lectionibus in Pandectas.*
 §. 56. *De Lectionibus in Codicem & de Novellis.*
 §. 57. *Paratitla in totum Ius olim conscripta.*
 §. 58. *De iis, qui totum Ius Iustiniani, methodo tradiderunt naturali.*

S E C T I O II.

De Iure Canonum.

- §. 59. *Eius autoritas legalis apud Catholicos, & Protestantes.*
 §. 60. *Corporis Iuris Canonum contenta.*
 §. 61. *Docetur juxta decretales, aut methodum naturalem.*
 §. 62. *De Iure speciali Ecclesiastico Regnorum Catholicorum, speciatim Germaniae.*
 §. 63. *Subsidia à Potestate seculari contra Ecclesiasticam.*
 §. 64. *Ius Ecclesiasticum Protestantium Germaniae.*

S E C T I O III.

De Iure Germaniae privato.

- §. 65. *Haec est pars Iuris nostri principalis.*
 §. 66. *Est vel Vniuersale,*
 §. 67. *Vel Particulare.*
 §. 68. *Consuetudines Germaniae generalium ac speciales.*
 §. 69. *Ius Principum Imperii privatum.*
 §. 70. *Communes opiniones Iuris Consultorum.*
 §. 71. *Germanis omnia ea sunt, quae & Ius Romanum praebet.*

S E C T I O IV.

De Iure Feudali.

- §. 72. *Feudalia composita ex Longobardicis & Germanicis placitis.*

- §. 73. *De Iure Longobardico speciatim.*
 §. 74. *De Iure Germanico Singularia.*
 §. 75. *Modus tractandi Iura Feudalia.*

S E C T I O V.

De Iure Germaniae Publico.

- §. 76. *Germanorum Leges & Observantiae Iuris Publici.*
 §. 77. *Methodus docendi Iuris Publici.*
 §. 78. *De fontibus, & specialibus in eorum partes Collegiis.*
 §. 79. *Iura Publica particularia.*
 §. 80. *Cautiones circa Historiam & Ius Romanum in Publicis.*

S E C T I O VI.

De Institutione ad Practicam.

- §. 81. *Institutio ad praxin varia continet.*
 §. 82. *De eo qui Doctoris munus affectat.*
 §. 83. *De auctoris spartam affectante, aut sibi victuro.*
 §. 84. *De Institutione practica, terras olim rectori.*
 §. 85. 86. *De causas in foro acturo.*
 §. 87. *De consulturo ac responsuro aliis futuroque Consiliario.*
 §. 88. *De Iudicis futuri Theoria.*
 §. 89. *De negotiis Cancellariae.*
 §. 90. *De theoria legationum haurienda.*

C A P U T IV.

Observationes de complemento studiorum, & Applicatione Iuris prudentiae.

- §. 91. *De Collegiis Disputatoriis & examinatoriis.*
 §. 92. *De migrationibus Academicis.*
 §. 93. *De quinquennio studii Iuris.*
 §. 94. *De Disputationibus Publicis.*

- §. 95. De Gradu in Iure ambiendo. §. 101. De Collectionibus Actorum ac Diplomatum.
 §. 96. De Libris comparandis. §. 102. De repetitione doctrinae huius.
 §. 97. De Conversatione virorum Eruditorum. §. 103. 104. De Applicatione illius recta ac candida.
 §. 98. De commercio Epistolico.
 §. 99. De peregrinatione.
 §. 100. De invifendis Imperii Dicasteriis.

§. I.

Methodorum Scriptores ¹ tam multi sunt, vt nomina eorum relaturus censumque, peracturus, vel integrum librum ² iis implere queat. (a) Novi ego, partim generales, partim speciales, ad singulas Iurisprudentiae partes. Praeferendi scriptores recentiores, plerumque antiquioribus. ³ Ego brevissime procedam. ⁴

1. Utilitas Methodi ex WERNHERI autorum. Paulo vetustiorum optimi Henning RENNEMANN Manuct. ad Stud. Iurisprud. Imp. Rom. G. praefixa, & Johann KLEINSCHMIDT Praecognita Iurisprud. Tr. VI. Herbornae 1652. 8.

2. Methodum Iuris Ciuilis, primum scripsit Ioh. Baptista DE GAZALUPIS circa an. 1470. ed. tum alias, tum in Collect. Methodor. Colon. 1580. 8.

4. Praecisionis meae ratio, in parcimonia temporis, ac satietate pro instituto. Et in ea sum haeresi, haud longiorem esse debere hanc doctrinam; reliqua *Excursibus* committenda.

3. Recensus & dijudicatio reliquorum

(a) Recensuit eos HERTEL in Pyx. nautica p. 1. sqq. BRUNQUELL de Meth. Studii Iuridici. p. 37. sqq. HEUMANN Appar. Jurispr. Litterar. c. 1. §. 26. p. 39. De caetero remitto ad Bibliothecarios LIPPENIUM, STRUVIUM, HOFMANNUM.

§. 2:

Liberi Studio Iuris destinati, à puero iis imbuendi, quae maxime vsui esse possunt, ¹ eo modo, quo id in Politico agendum CASELIUS, (a) in Iuris Studio LEIBNITIUS (b) praeceperunt. Et ducendi maxime facili simplice via, ² qua & cognitio & iudicium augeatur. ³

1. Longe citius hoc modo Notitia Iurisprudentiae quaeritur, si maxime vtilia à puero agas. Hinc CHRYSIPPUS etiam eruditae nutrices plane pueris eligi volebat. Adde LINCK de primor. studior. ordine & ratione Ingolst. 1537. 8. p. 9. sq. Consule in omnibus, quae de puerili Institutione diximus, Philosophiam Pri-

cipis, Pedantismo oppositam, cum praef. LUDEWIGII Lipsi. 1711. 8. & applica huc facientia.

2. Applicari huc possunt, quae *David* CHYTRAEUS, Theologo suo, cum in Tr. de ratione discendi, & ordine studiorum recte instituendo. Witeberg. 1562. 8.

tum in alio, de Studio Theologiae recte inchoando. Ib. 1561. 8. commendat, cum grano salis.

3. Iudicandi Facultas praecipue augenda & semper etiam puero, rei praeceptae in studiis, ratio suggerenda.

(a) In libris, qui dicuntur *Πολιτισμόμνος* & *Προπολιτικός*, quorum librorum mihi est editio 1631. 8. Francofurti, sub tit. Operum Politicorum curata.

(b) In libro, literis initialibus *G. G. L. L.* tantum praemissis, sub tit. *nova methodus* docendae discendaeque Iurisprudentiae Francof. 1667. 12. edito, inde recuso.

§. 3.

Possent hoc genus pueri, in aetate tenera, *legendi, litterasque pingendi* arte, vna cum primis, *linguae patriae ac latinae* rudimentis haustis, visis etiam, *linguae Graecae*, & aliarum, principiis additis *Theologiae*, quantum ad eos pertinet, ¹ anno octavo, statim ductu CELLARII, (a) *Historiae* universalis notitiam, ² maxime plano ac laeto praecipientis ductu comparare, & in hoc, reliquis non neglectis, ³ annum consumere.

1. Relinquerem *religioni* puerili, *Grammaticis*, & *linguarum exercitiis*, annum à quinto, ad VIII. vsque, octavo *Historiae* Univerfali dato, vbi simul & *Latina* & *Germanica* continentur.

2. *Geographiae antiquae & novae* notitiam, Eiusd. CELLARII, (b) simul cum mappis *Geographicis* CLUVERII, ad manus esse velim, *Geographiae*, aliud quasi agendo, in *elementis tradendae* causa.

3. *Pingendi* etiam, & *saltandi* artem, quantum satis, ante *Historiae* univ. disciplinam, simul tradi, vsque ad annum VIII., filiis etiam, eam, quam aetas fert, *librorum* *Grammaticorum*, & ad *stylum* pertinentium, notitiam, iam tum praebere, suaderem. *Utilitas*.

(a) Hic brevis, tersus ac elegans est; editus autem liber saepissime, sub titulo, *Historia Univerfalis* Vtor ed. Ienensi 1735. 12.

(b) Vtor editione Ienensi 1706. 12. CLUVERII autem Amstelod. 1697. 4.

§. 4.

Anno nono *Historiam* Reipublicae Romanae, ex L. ANNAEO SENEC A FLORO; (a) *Caesarum* autem, ex AURELIO VICTORE (b) tradi velim horis matutinis; horis autem pomeridianis, eandem *historiam*, ex EUTROPIO Graeco, (c) pro colenda vtriusque *linguae facultate*. ¹ Addi jube-

rem explicationem, ex optimis rei Romanae autoribus, & eorum notitiam, ² vna cum Variationibus Grammaticis. ³

1. Puto haec tum coniungi posse, cum *is*, vt in *se gratis*, discipulus non nimis obruatur. Ratio.

2. Libros simul in re praesente, horis vacuis ostendi, & visu erudiendos magis informari suadeo.

3. Autorum loca, stylo variare, & amoenum, & vtile, & iudicium acuit. HEINECCIUS styli cult. Fundamenta P. III. c. 3. §. 3. sqq. liber elegans.

(a) Portatilis & bona editio GRAEVIANA Amst. 1702. 8. & alias. Extat etiam, cum omnibus aliis, ad Historiae Romanae Epitomen pertinentibus, satis eleganter. Florentiae 1723. Tomis II. 8. Nec addo reliqua.

(b) Est is idem in Collectione Florentina, vt & Scriptoribus Historiae Augustae, *Salmasii, Obrechtii, Gruteri, Syllburgii, Haurisii* aliorum.

(c) Commendo editionem CELLARII Latino-Graecam, Ien, 1698. 8. & alias cum notis illius.

§. 5.

Anno decimo, eisdem libros, iam notos, recoli velim (a) Philosophice, ut vera, & falsis, ex optimis autoribus segregentur, ac concludere discamus, & inter haec, Ethice & Politice, ¹ quo de virtutibus ac vitiis, causis & effectibus Consiliorum constet. (b) Adhiberem IULIANI Caesares, (c) & simul supplerem, ad autores spectantia. ²

1. Floro addi velim ZEVECOTII notas, maxime Politicas, Amstel. 1638. 12. In Eutropium, omnia dicere licebit, ex SPANHEMIO, in Iuliani Caesares.

2. Iungere iuvabit philosophicis praeccepta commoda, singulis locis, quibus aliud quasi agendo, tota Philosophia exhaustiretur. E. g. si Florus I. 5. 3. dicat, Attium

Navium cotem secuisse novacula, poterit dubium moveri, dici, quid sit Syllogismus, & inde demonstrari, hoc falsum esse. Et ita porro. Cf. supra cit. ANONYMI Philosophiam Principis L. II. c. 6. p. 304. B. DE WOLFF Logicam II, 3, 6. DE VOLTAIRE *Oeuvres* Tom. II. Chap. 42. sqq.

(a) Modum recolendi STURMIUS tradidit in linguae Lat. resolvendae ratione c. 2. p. 6. sqq. vbi & definitio, huc parva mutatione applicanda.

(b) Habeo magnum huius rei autorem CASELIUM in *πελιτεωσιμω* p. 270. vbi: *Audivi, qui Politicen vel ex ea sola (historia) perfici dicerent, nec id prorsus falso dici, largiar, & fieri posse existimem, si quis idoneum ad banc rem ducem nactus sit, qui statim explicet, quemadmodum res gestae cum fruãu legantur.* Conf. STURMIUM Epist. Claff. ad Euterum pl. F. 2.

(c) Placet pro institutione editio Gr. lat. *Heusingeri* Gothae 1741. 8.

§. 6.

Anno vndecimo, LIVII & TACITI aliqua, nec non CURTII, quae ad Rhetoricam spectant, praecipue tradere licebit, vbi genus iudiciale, quod

ad Iura ducit, simul occurrit; ¹ vna cum C I C E R O N I S orationibus aliquibus, ac Epistolis. ² Accedat exercitium oratorium, componendo ac edisserendo.

1. Illustranda haec ex veterum de oratoribus & Rhetorica scriptis, maxime C I C E R O N E & Q V I N T I L I A N O . lae stylum Epistolicum, reliqua vna cum praeceptis, id quod nos *Ius Naturae & Gentium* dicimus. Addenda aliunde subsidia, & *notitia autorum*.
2. Formabunt C I C E R O N I S Episto-

§. 7.

Duodecimo anno pergere licebit ad *Poëtas* ¹ H i s t o r i c o s , (a) & *Historiam Germanicam*, ² duce S P E N E R O , (b) cui ii, qui amplius Historiam nostram illustrarunt, addendi. ³

1. Cum Poëtis, Poësis simul, eiusque praecepta tradi possunt. *Notitiam* autorum semper subintelligo.
2. Rationes cur S P E N E R U M delegerim. Id vero quod de lingua Germanica dixi, per se intelligetur, de principiis amplioribus. (§. III.)
3. Cum ad fontes ducatur erudiendus, simul *Latinitatis Barbarae & rei Diplomaticae* aliquid per occasionem nominari quantum audiet, nec non autore nosse ad discet.

(a) Placeret mihi V I R G I L I I *Aeneis*, Historiam Romanam vel quasi complexa, cum O V I D I I factis. Ratio.

(b) Edita *Iac. Car. SPENERI* *Historia Germanica* Halae 1720 duobus Tomis in 8.

§. 8.

Decimum tertium annum darem *Historiae Ecclesiasticae* ¹ & *litterariae*, ac *Academicae* primis rudimentis, ² vbi & Styli Germanici, ac Latini, maior copia fieri posset, repetita simul *Historia Germaniae*. ³

1. Non male huic Institutioni adhiberetur R E C H E N B E R G I I *Historia Ecclesiastica*. Adducendi & hic fontes.
2. *Historia litteraria*, summo digito, & eursim tradenda, ex C. A. H E V M A N N O ne hospes sit erudiendus noster. Reliqua futurae lectioni committenda.
3. *Historiam Germaniae* iam deligerem, vernaculo sermone conscriptam, e. g. S T R U V I I minorem, aut W A L C H I I.



CAPUT I.

Ius nostrum esse Germanicum, sed ex tribus Iuribus compositum, accedit Distributio dicendorum.

§. 9.

Ita praeparatus puer, decimo quarto anno, non multum negotii, in aedunda Academia, & excolendo *Iure* inveniet, vbi inprimis opera danda, vt de *Methodo* plenius edoctus, in omnibus *praecognitis* & *adminiculis* confirmetur, ¹ & quae adhuc primis principiis haustis desunt, suppleat. ²

1. Prima enim principia, omnium fere deinceps plenius addiscendorum, ludendo quasi, huc vsque praemittenda esse volui. In his deinde perget studiosus, pro lubitu studia dirigentis; aut si satis ipsi facultatis natum, proprio.

2. Conducent cum, & ad optima quaeque excitabunt *Exempla Iurisprudentiae*, in vitis magnorum virorum, cui instituto serviunt, WESENBECCII *Exempla Iuris-*

prudenciae Lips. 1584. 8. Et ej. vitae separatim emissae e. g. Papinianus Witeb. 1570. 8. Vitae veterum Ictorum à FRANCKIO & PANCIOLO collectae. Novorum LEICKHERI, BUDERI, aliorum. Separatae, THUANI, PEIRESCII, Hug. GROTII, GOLDASTI, ceterorum. Recensùs WOLFHARDTI Notit. Iuriscons. C. x. p. 56. 499.

§. 10.

Cum autem Germani simus, ¹ & manserimus ab omni aevo, ² noscendum est, ³ *Ius nostrum esse Germanicum*, cui assuimus multa, ex Iure Civili Romano, Canonico, Feudali Longobardico, civitate Germanica eatenus donatis.

1. Dicendum de novis *Antoninis* Bononiensibus, ac eos *securis Cathedraliis* aliis, qui nos Cives Romanos effecerunt, in Commentis ad L. 17. *π. de statu hom.* & L. 33. *π. ad municip.* Vide CARPZ. Pr. Crim. P. I. qu. 40. n. 21. HARPRECHT ad Inst. de rer. divis. §. 10. n. 12. ID. §. 5. Inst. quib. non est permiff. fac. test. §. 14. 26. MYNSINGER Obs. Cam. V. 6. Vide DOCT. tit. C. de Iudaeis, & ceteros, inprimis BARTOLLISTAS; sed iam

STRYCKIUS id improbavit, Vs. Mod. 1. 5. 16. p. 90.

2. Cum Germani manserimus, & propter Imperii Romani qualemcunque resuscitationem, haud magis Romani facti sumus, ac illi Graecia potiti, Graeci, certe & Iura peregrina, quatenus recepta, sunt nostris annexa, & Civitate Germanica donata. Ratio, quia alias vim in nos non habent.

3. Et Romani receperant Iura Graecorum; nemo vero dixerit; Romanis tempore XII. tabularum, fuisse Ius Graecum.

§. II.

Vtimur ergo vno Germanico, sicque vtimur, etiam ei affutis, Iure Civili, cui feudale Longobardicum accessit, Canonico & patrio, praesumptionem fundatam profe habentibus, ¹ ex receptione. ²

1. Hinc vox *Iuris communis*, aut *gemeines Recht*, omnibus speciebus hisce aequae applicata. SENCKENBERG Diss. de probat. §. XXXVIII. seq. & in *Meditat.* de praesumptione pro Iure Romano Med. Tomo IV. II. per tot.

do litigia, num Ius Romanum commune vocandum, inter KULPISIUM, & THOMASIVM ex vna, pro Germanicis; & DATTIVM, LYNCKERUM, HEYDELMANNUM aliosve, pro Romanis stantes, orta.

2. Componuntur hac ratione facili mo-

§. 12.

Ius Romanum & Canonicum, hoc modo non subsidiaria, ¹ sed aequae principalia, ² quia Civitate Germanica donata; attamen *nova*, ³ adeoque &, si velis, subsidiaria, (lis enim de nomine est) quia *veteri* Iuri supervenerunt.

1. Non enim nobis opus erat subsidio, sed subvenerunt Icti, *novo Iure*, subsidio non egentibus, & illud nostro addiderunt.

in nuptiis, praescriptionibus, & partim Processu. Vbilibet vero egregia mixtura.

2. In multis materiis Ius *Romanum* ferme principale est, e. g. tutelarum, testamentorum, actionum. *Canonicum* itidem

3. Nova etiam aequae principalia, tamen subsidiaria, cum addantur in subsidium veterum, Loquaris ergo, vt volueris, parvi refert.

§. 13.

Consequitur hinc, tria Iura, *Civile*, annexo Feudali Longobardico, *Canonicum*, & *Germanis*, *patrium*, esse addiscenda, ¹ quaeque ex suis fontibus. ² Succedat praxis; ³ & quae eo spectant. ⁴

1. Brevitati hic studendum, cum tam multa discenda sint. CANTIVNC. de rat. stud. leg. p. 90. seq.

DELINI, aliorum. WESTPHAL de Iur. Rom. & Germ. distinctae tractat. origine Sundii & Lips. 1727. 8. quo remitto.

2. Nullum horum Iurium intelligitur, nisi ex fontibus deducatur, & ex analogia sua tradatur. Improbandi vsus Moderni STRYCKII, HOPPII, ZOESII, GU-

3, Praxis Iuris longe plura comprehendit, & singularis est Theoriae ac Studii, in procedendi modo Iuridico, plane composita.

4. Ad praxin refer etiam ea, quae de *Glossae, communis opinionis, praedictorum, responsum ICtorum autoritate, pugna & correctione* Iurium Iustiniani, alias traduntur, & nonnunquam fontes aut cognitionis, aut decisionis, inde effinguntur. Ego remitto ad KLEINSCHMID praecognit Tr. IV. Sect. 7. n. 30. sqq.

§. 14.

Futuro Iuris Consulto opus ¹ est I. *Praecognitis & adminiculis Iuris*, II. *ratione discendi Iura*, ² III. *modo reliqua agendi, ac Iurisprudentiam rebus applicandi.* ³

1. His cuncta absolventur, & ante Iurisprudentiam, tradenda ea, quae illam informant, & postmodum, in ipsa, eiusque exercitio, adminiculari debent.

2. Commendamus loco omnium de praecognitis & adminiculis, modoque Iuris docendi ac discendi, cum supra dicto

KLEINSCHMIDIO antiquiore autore, etiam ex novissimis scriptoribus, HEUMANNI Apparatum Iurisprudentiae literarium, Norimbergae 1752. 8. nostra vbique suppleturum.

3. Dicemus de applicatione &c. cap. ult. paucis.

CAPUT II.

De Iurisprudentiae nostrae Praecognitis & adminiculis.

§. 15.

Referimus I. ad PRAECOGNITA & ADMINICULA ¹ I. *Historiam literariam* praecognitorum & Iurisprudentiae, II. *Studia*, quae *humaniora* vocant, & inter ea totam Grammaticam, cum parte illius Critice. III. *Philosophiae* huc spectantem ambitum, ² IV. *Historiam* civilem ac Ecclesiasticam, V. *Antiquitates* Seculares, Ecclesiasticas, Romanas, Germanicas, &c. nec pluribus huic scopo opus. ³

1. Ingens videtur hic ambitus, & tamen eo quo dixi modo praeparato, facilis erit. Contende *Medicinam* Rabulissimi cap. VII. §. 16. p. 360. sqq. librum egregium. Praecognitis & adminiculis, invigilant instruendo Professores.

2. Vulgaria sectantibus, forte tria priora sufficient, & leviter didicita. Iuveni Nobili, praecipue suis terris olim praefu-

turo, forte sola Historia, politice resoluta, (§. V.) inprimis patria, & status sui particularis. (§. XXXVI. n. 5.)

3. Si quis in omnibus separatis Collegiis institui cupiat, ea secundum hos numeros primo anno ordinari posse credo. (§. XCII. nota 4.) Ars critica vero in Historia literaria partim, partim etiam sub titulo de probationibus tradi possit. Vid.

COMMENT. Iur. Can. *ad tit. X. de Fi-* Ius Canon. de privilegiis p. 347. fqq. & p.
de Instrum. & MATTHAEI Manud. ad 455. fqq.

§. 16.

I. *Historiam literariam praecognitorum & Iurisprudentiae*, ¹ sibi studiosus facile parabit, (a) lectione Historiae litterariae Iuris, ac specialium Iuris partium expositionis, (b) Catalogorum, Ephemeridum & Novellarum eruditas res narrantium lustratione, & (c) Bibliothecarum ac Bibliopoliorum frequentatione, (d) Colloquio cum Viris eruditis, & ex eorum allegationibus. ²

1. De hac mature cogitandum, vix enim vita parandae perfectae Notitiae sufficit. Et ferme plurima his invigilandi, dum iuvenes sumus, & adeo tempore pro lubitu utimur, occasio nascitur.

2. Probandum admodum eorum insti-

tutum, qui in libris & lectionibus semper optimos autores recensent, & interdum conspectui sistunt. Conf. WOLFHARDT de modis acquirendi Notit. ICtorum c. 5. 6.

§. 17.

(a) In hac cognitione paranda, incipiendum à *Bibliothecis Selectis*, ¹ postea ad eos progrediendum, qui ampliorem historiae litterariae Iuris Notitiam praebent, ² aut Bibliothecas ³ tam ad Praecognita, quam Ius ipsum partesve eius directas reliquerunt. ⁴

1. Id genus Bibliothecam, suae Bibliothecae Iuridicae subnexuit STRUVIUS.

2. Commendo egregios in Iure libellos *Aug. Rud. Iesaiiae BÜNEMANNI* Apparatum Iurisprud. literarium Hannover. 1752. 8. & *Ioh. Fridr. EISENHART* Institutiones Historiae Iuris Literariae Helmst. 1752. 8. illum minorem, hunc pleniorum.

3. Bibliothecarios omnes recensuit HOFMANN in *seiner Juridischen Bibliothec.*

cap. I. Nos statim nominatis adhuc addimus, egregiam LIPENIO-IAENICHIANAM Bibliothecam maiorem, cum supplementis Dn. DE BALTHASAR.

4. Speciales Bibliothecas e. g. ad Ius Publicum dedit C. G. HOFMANN, dedere & alii ad partes singulas. Dicendum de STRUVII Bibliotheca Philosophica, Numaria &c. ANONYMI Bibliotheca Iuris Imperantium quadripartita &c.

§. 18.

(b) *Catalogorum*, ¹ *Ephemeridum* ² & *Novellarum lectio*, ³ haustis semel principiis, pedetentim ac aliud quasi agendo erudit, & simul ne notitia nostra senescat, efficit.

IURISPRUDENTIAE VNIVERSAE. II

1. Catalogos hic signo, librariorum, Sectionum librariarum, nundinarum & Bibliothecarum e. g. RICHARDI de Viennensi, ac FELLERI de Lipsiensi, maximos enim e. g. LAMBECCII ac NESSELIi de Viennensi, LUGDUNENSEM, MONTFAUCONII, PARISINUM, ANGLICANOS, Studioſo ne tueri quidem ſaepe licebit, & placent Compendia ſtudiorum.

2. Notitiam Epheridum & aliorum eo pertinentium, dedit WOLFHART I. c. p. 10 ſqq.

3. Certe efficiendum, ne in ſtudiis ſeneſcamus. Dies diem erudit. *Novellae* Lipsienſes, Göttingenſes, Ratisbonenſes. *Acta* Eruditorum. *Ephemerides*, &c.

§. 19.

(c) *Bibliothecarum & Bibliopoliorum* frequentatio, ¹ & firmabit, & augebit notitiam, & memoriam iuvabit, in jam quodammodo notis. ²

1. Plures vſus in diſcurſu. Retinetur id maxime, quod ſenſus externos ſimul afficit. Editionum variarum conſideratio prodeſt. Diſcimus inſpectione varia, quid nobis ſeligendum.

bus Bibliothecae publicae, ſumme vtile. FELLERI Orationes de Bibliotheca Lipſienſi. Cautiones. Autor hinc admodum profecit, cum nondum libris eſſet inſtructus, manum praebente VFFENBACHIO, IOANNIS, SCHANNATO.

2. Inſtitutum aperiendae quibusdam die-

§. 20.

(d) Colloquia cum Viris eruditis ¹ & eorum allegationes, plus erudiunt, quam multa reliqua, & Exemplis formant, iudicium acuunt. ²

1. Laudavi eos, qui iuventam meam formarunt, B. THOMASII vero Halae, & B. GRIEBNERI Lipſiae facilis mihi continua collocutio, in re praefente mea

iuvit, nec non HORNII Historici Saxonici.

2. Admiſſio iuvenum ad *Societates* & Colloquia Eruditorum rite facta, *maxima* quid confert. (§. XCIV.)

§. 21.

Notitiam Iuris literariam breviffimam cum ſignaverimus, *ſpecimen* tenue olim in Chartam coniectum, ſiſtimus N. 1. primorum rudimentorum loco.

Eſt illud anni CI O O CCXXXVIII. Giſſenſi Profeſſorio muneri debitum. Negotia non tulere, vt cuncta curatius reviderem.

Forte excitabit meliores pro Selectu ſiſtendo. Omiſi vero plerumque in ipſa methodo dicta.

§. 22.

II. Progredior ad studia, quae *humaniora* vocant. Primas lineas afferri volo, ¹ reliqua addi ² sensim sensimque. ³

1. Recolenda dicta ab initio, sed ea, quorum rudimenta tenemus, deinde perficienda. Nihil enim vno impetu fit.

2. Latissimus humaniorum conceptus, vt omnia, quae ornamento sunt complectatur, exceptis in specie segregatis.

3. Humaniora olim neglecta Iuris-Consultis. CANTIVNCVLA de rat. stud. legalis ab init. p. 75. sqq. graviter. VALLA ad Decembrium in Bartolum f. 25. *Vlricus DE HVTTEN* in Nemine p. 7. sq. vt in proverbium abiret *latinitas ICTorum*.

§. 23.

Refero huc *Heraldicam*, ¹ *artem theatricam*, ² *artem pictoriam*, & Iuris studiosum haec obiter gustare velim, cum aliquos vsus praestent, in negotiis obvenientibus.

1. Ex *Heraldica* separationem familiarum in insignibus, successiones inde informatas, Iura insignium, & cetera discet. Commendo WEBERI aut SCHMEIZELII artis Compendia; pro Iure HOEPINGIUM & CHRISTYN Iurisprudentiam Heroicam. Caeteros.

2. Inveniet ICTus, quae ex *theatro* antiquo in materia personarum, & ex scriptoribus theatricis TERENCE, PLAVTO &

alias illustret. Nec nova Theatrice moribus formandis improficua, inprimis MOLIERII, FONTANELLE ac recentiorum.

3. Picturae Veteres in Epitaphiis & Ecclesiis aliasque, insignia saepe ICTo praebent, nec in sola haerent Historia. Vide MONTEAVCON Antiquité expliquée, speciminis loco. Et CANGII Dissert. de numis Byzantinis. Est quod colligas si pingere scias.

§. 24.

Succedit *Grammatica*, ¹ & in hac (a) studium linguarum, (b) Rhetorica & Oratoria, (c) Poësis, ars videlicet ligato sermone sua proponendi, & (d) Critica, quae ab aliis proposita, explicat, dijudicat, emendat. ²

1. Latissimus certe hic Grammatices ambitus, & inde vides, quo pacto ipsum Ius olim sub Grammatica comprehendi poterit. (*Append. III. §. XXIX. not. e.*) Refert hanc THOMASIVS Hof:Philos. c. 2. §. 67. ad Philosophiam Instrumentalem

2. Artis criticae amplitudinem, & cum Grammatica affinitatem, optime describet SCIOPPIUS de arte Critica, & praecipue de altera eius parte, emendatione. p. 3. 4. sqq. edit. Amstelod. 1662. 8. cuius Exempla praebuit in verosimilibus. Ib. eod.

§. 25.

(a) Linguarum, quantum Iuri satis, hauriendum. Eo pertinent, tam hodie viventes aliquae, quam mortuae. Et primo *Linguae exterae* hodie viventes, imprimis Italica ac Gallica, ¹ nec non Anglica, ² Iuris studiosum Germanum decebunt. ³

1. Vfus in legendis libris ac eruenda Barbara latinitate, originibus etiam vocum Germanicarum. Ne quidem vetera scripta latina, aut Diplomata sine his intelliguntur. Dicendum de Grammaticis & Lexicis obiter.

2. Anglica lingua vetus, vt plurimum Saxonica est, & Leges Anglicae veteres, meram nostram Antiquitatem sistunt, cuius etiam hodie multum superat. DREYER de

vfu Iuris Anglo-Sax. in Iure Cimbrico. Grammaticae & Lexica. De Legibus & Chronicis, Saxonica lingua conscriptis, obiter. Ex NICHOLSON Bibliotheca Angliae Historica.

3. De vfu linguae & morum Gothico-rum. Remittendo in his omnibus ad HEUMANN in Appar. c. 3. sqq. LOCCENII Lexicon verborum Iuris feudalis. Vpsal 1665. 8.

§. 26.

Lingua Germanica ¹ Vetus, Iuris studioso, pro legibus, statutis, ² Diplomatis, vi verborum in pactis, & pro maiore hodiernae cultu, nec non verbis ac paroemiis Iuris, omni studio colenda. ³

1. BOEDICKERI & GOTTSCHEDII Grammaticae. Lexica SPATENII, SCHILTERI, WACHTERI, FRISCHII. Deesse *Lexicon manuale*. HALTAUSII conatus in Lexico verborum Iuris Germanici, quod summae necessitatis. C. G. HOFMANN de V. S. in Iure Germanico, cum praecognitis Lit. N. 3.

2. Risum mihi saepe movit *Pascasii BRISMANNI* tr. de studio Iuris Helmsf. 1594. 4. annexa Epistola, vbi de statutis Brunsvicensibus hoc modo: *Habemus nos in vrbe Ius quoddam statutarium, non excusum, sed manu scriptum, in quo reperi-*

untur tam verba obsoleta & jam antiquata, vt etiam ii, qui hic nati & educati sunt, sensum in aliquibus locis vix assequantur. In eo se misere torquent Procuratores, & Advocati.

3. Exempla necessitatis, in verbis *Mann, belehnen, wahren, Erb-Lehen, Zins, Wittum, Gemeinschaft, eigen, Dorfgerechtigkeit, &c.* SENCKENBERG praef. ad T. II. Zangeri. In *Prodromo* Iur. feud. c. I. §. 3. sqq. *Diff. de Condominio, de testamentis & alias.* ECKHARD Hermeneut. Iuris P. II. c. I. §. 32. sqq.

§. 27.

Lingua Germanica nova ¹ cum alias, tum pro indagacione sensus, ² orthographia ³ & negotiis Curiarum ac Cancellariae, ⁴ Iuris-Consultus semper egebit.

1. Necessitas *Professoris* linguae Germanicae & *Societatum*, Lipsiae, Gottingae, Ienae, Erlangae, Viennae conatus.

2. Variarum Germanicarum linguae Dialectus ratio. Attentio ad hanc seriem. - Exemplo Doctorem Graecae Linguae.

3. Orthographia neglecta. Et reformanda. GOTTSCHED. in Grammat.

4. Cancellariae Stylus. (a) Quid dicitur *der Reichs Stylus*? Styli vitia & cura. MOSERI, Jun. *Staats Grammatic.* SPATENII ac LUNIGII Collectiones formularum.

(a) Quando Germanicus ioualuerit? incertum est. Rudolphum I. eo forte uti iussisse, lege Cancellariae praescripta, & quidem in Comitibus Spirensibus constat fere ex MON. LEOB. ad an. 1174. apud PEZ. Script. Austr. T. I. p. 842. verbis: *Stamit etiam, (ut fertur,) quod propter communem intelligentiam obscurae latinitatis, privilegia & litterae de caetero vulgariter conscribantur, quod patet ex eo, quod ante sua tempora, nullae litterae vulgariter scripae reperiuntur, de negotiis & contractibus quibuscunque.* Pertinet vero Continuatio usque ad annum C15CCCXLVII. & Synchronus Monachus haec scripsisse videtur. Eum certe voluisse, ut Ottocari legati sua in vernacula proponerent, testatur Ottocarus AB HORNECK M. T. III. p. 128 adde LINCCKER de idiomate Imperiali. Vbi ostendit, illud aut latinum, aut Germanicum esse.

§. 28.

Lingua Graeca,¹ Iuris - Consulto Romani & Germanici Iuris Studio commendanda; ubique enim verba Graeca, mores Graeci.² Et laudanda tam barbara,³ quam pura.⁴

1. De Romanis res plana est, & paucae erunt verba, quae in hoc lingua, ex Graeco traducta, ac Romanos non sint. Omnes inde Leges veteres Romanae. Plurimi inde mores. Vetus Italiae status. Arcades. Thufci. Magna Graecia. CASELLA de antiquis Italiae colonis, in Thefauro Rer. Ital. BURMANNI T. I. HOMBERG praef. Novellarum.

2. De Germanis Diss. SENCK. de testamento publico cap. 1. Litterae nobis Grae-

cae, verba in multis Graeca, alio modo pronunciata.

3. *Lingua Graeco barbara*, pro intelligendo Iustiniano, & Basilicis. DU CANGE Glossarium Graecitatis Optarem compendium operis.

4. Grammatica LANGII, Lexicon SCHREVELII, aut WELLERI, obiter SCAPULA. H. STEPHANUS in Thefauro.

§. 29.

Lingua latina casta, studio a deo necessaria, ut sine ea, in Iure Iustiniano versari, omnino nequeat;¹ & intelligi enim debet,² & exponi,³ ne nascatur Antinomia spuria,⁴ & videndum, ut Stylo uti queamus rite.⁵

1. Pleraque Antinomiae haud genuinae, defectui sermonis latini & Antiquitatum imputandi. Interpolationes ideonatae. SENCKENB. Praetermissa ad Pomponium, in Semestribus.

2. Commendandi veteres Latinae linguae autores à Dionysio GOTHOFREDO collecti. Primi ALCIATUS & ZASIVS ex ICTis fere Latina sciverunt. Vltimus simul linguae patriae studiosus, & Germanice etiam respondit.

3. Autores de Verborum in Iure significatione BRUNQUELL Method. p. 55. DUCKER autores de Latinitate ICTorum.

4. Grammatica LANGII. Lexicon manuale KIRSCHII, Maiora Rob. STERHANI & FABRI obiter, cum reliquis.

5. Stylus Latinus in rebus Imperii, ac Cancellariis. LUNIGII litterae Latinae, & Sylloge negotiorum Publicorum.

§. 30.

Lingua *Latino-barbara*, ¹ nondum satis subsidiis instructa, ² Iuris studio itidem a necessitate ac utilitate commendanda, ³ sine qua nec chartas, nec leges, ⁴ nec scriptores ⁵ nec Iuris-Consultos civiles aut feudales, aevi medii intelliget.

1. Studium hujus linguae olim magnum, postea usque ad CANGIUM in Glossario deserta. De antiquis Glossariis Job. DE IANUA & aliorum. MURAT. Ant. Ital. T. II. p. 989. sqq. dicendum de CANGII Glossario.

2. Desunt *Manuale* Lexicon, & Homonymiae, ac abusu casti sermonis explanationes. Exemplum in verbo *Lex*. *Append. III.* §. 21. Germaniae verba non satis tacta, Latina specialia.

3. Subsidia ex lingua Italica, Gallica & Hispanica. Quid *Romance*. Vnde *Romans*. MURAT. l. c.

4. De *Novellarum* versione vulgata ac *Authenticis*, nec non *Iuris Feudalis* Longobardici Stylo.

5. De Historicis ac Diplomaticis. De scribendi genere in aevo medio aliqua. MONTFAUCON *Palaeographia Graeca*. WALTHERI *Lexicon diplomaticum* per secula decurrens.

§. 31.

Reliquis linguis non adeo opus, vides tamen *Ebraeam* commendari, ¹ sed eodem Iure ad omnes progredi liceret. ²

1. De libris rationum Iudaicis, lingua *Juden-Deutsch* dicta conscriptis. Lites Iudaeorum difficiles. Iuramenta. Iudex sibi succurret per *Parere* & alias. Matrimonialia ex SS. litteris hausta. REUCH-

LIN & WAGENSEIL ICTi, Hebraicorum Doctissimi.

2. Germani mores suos tuebantur ex SS. Litteris. *Speculum Suevicum*. Conf. SENCK. *Disquis. vlt. de Success. Han.* p. 33. sqq.

§. 32.

(b) *Rhetorica & Oratoria ars*, & commodabunt Iuris studioſo, ¹ & eum ornabunt. ² Neceſſariae iis, quibus ſua, ore proferre in iudicio aut extra illud opus, ³ vtilis vero in Iuris Romani cognitione. ⁴

1. Multae cauſae oretenus aguntur, ad genus iudiciale referendae, & hic mos olim vnicus Romanis ac Germanis, hodie multis in locis ſuperſtes. HEUMANN Appar. Iurispr. Lit. C. X. p. 87. ſqq.

2. Proceſſus in Camera iudicialis is appellatur, qui Receſſibus oralibus conſtat. Veram ſuam formam per Receſſus ſcriptos amiſit. ESTOR progr. von Nothwendigkeit den Cammer-Proceſſ auf Vniverſ. zu lehren.

3. LUNIGII Orationes Procerum. EI: Reden groſſer Herren. SECKENDORFF teutſche Reden. Vſus. Oratio-

num collectiones RAMI, CUNAEI, IUNII inſtitutum in illius quaestionibus Politicis, T. III. Argent. 1611. 8. Liber bonae frugis, & alia.

4. Tota proceſſus Romani ratio, ex Oratoribus addiſcenda & Rhetoribus. SENCK. diſſ. de Prob. §. 4. II. 15. Rhetoris & oratoris differentia Romana. ZASIUS in Rhetorica ad Herennium T. V. in operibus. Ioh. STURM de amiſſa dicendi ratione Argent. 1543. 8. Ioh. Ant. VIPE-RANUS de componenda oratione. Antwerp. 1581. 8.

§. 33.

(c) *Poeſis*, tertia Grammatices pars, vbi ſenſa noſtra, ligato ſermone exponimus, ¹ et hac occasione Poëtas legendo, cum iudicium acuimus, ² tum ad lus facientia ſeligimus. ³

1. Poetae erant Iuriſconſulti medii aevi, et cuncta fere memoriae cauſa Poëtica tradita, quam Methodum adhuc commendavit BRUCKELBERGIUS, in Memoriali Iuridico, et WAGENSEIL in Pera Iuvenili Tomo VII. Et vidi etiam inſtitutiones in Poema redactas, habeoque MSC.

2. Satyrici inprimis PERSIUS, HORATIUS, IUVENALIS, MARTIALIS etc. iudicium acunt.

3. Romani multa Iuridica praebent; Germani Iuridica cum historicis. Id quod et

Galli & Itali veteres. Lege LEYSER de Poëtiſ aevi medii. Et GOTTSCHED critica, Poëſi Germ. et in Beyträgen vbi, reſenſus. Quomodo ſcholae Poëtarum aevi medii comparatae, LA FAILLE Tomo II. Hiſt. Tholoſ. Append. de vſu in Iure HEINECC. T. II. Elem. Iur. Germ. praefat. Commendandae collectiones SCHILTERI T. II. poſthum. Tomus III. PEZII Auſtriacorum. Zeldenbuch, limitis Italici acquiſiti Hiſtoriam continens, etc. MSt^a Bibliothecae Caefareae, Bernenſis etc.

§. 34.

Nunc ad (d) *artem Criticam*, vltimam Grammatices partem, ¹ quae in explicando, interpretando ac dijudicando verſatur; atque hinc etiam bona

na à malis,² vera à falsis fecernit,³ in iis quae ad Ius pertinent,⁴ Diplomaticis,⁵ et eo spectantibus,⁶ ac sigillis⁷ praecipue.

1. Optime usum hujus artis, CLERICUS, in arte critica, exponit. Dicemus de Explicatione et Interpretatione (§.XXXVI.) Hic tamen maxime Iuris Consultis iudicio opus, cum falsi, interpolati, non emendati satis, aut castrati libri, falsae leges, falsa Diplomata, sigilla, nummi, lapides, Inscriptiones, saepe producantur, nec falsorum numerus. MOSER de studio critico cum prudentia I. P. coniungendo. HEUMANN in Apparatu c. XXVIII.

2. Eam formant cum praecepta, tum ocularis verorum ac falsorum inspectio. Difficilis ad Archivia aditus. Inspectio aliquorum, Viennae, discentibus permilla in Theresiano.

3. De falsis *libris et legibus* affatim. MASTRICHT in Hist. Iur. Eccles. BLONDELUS in Pseudo-Isidoro et Turriano vapulantibus. De castratis aut interpolatis ACOSTA (*Simon*) traité des benefices. GERMON de haereticis Vet. Cod. corruptoribus. De emendando Pandecte BRENCMANNUS in Hist. Pandectarum. In toto Iure Ciu. emendando desudat GEBAEURUS. De Legibus Germanorum dicemus *Append. V.*

4. De Diplomatica arte, HEUMANN Appar. c. 17. Introductioni in eam servire potest, aut C. H. ECCARDI latina, aut IOACHIMI Germanica Introductio. Latiora opera Abbatis GODEFRIDI Chronici Gottwicensis. Tom. I. et MABIL-LON de re diplomatica.

5. Destituimur tamen adhuc satis apto maiore opere, quo Germanicae huic arti succurratur. Et laudandi ii, qui per partes id agunt, inprimis HEUMANNUS. Dicendum de variis *Expeditionibus*, secundum aetates, Monogrammaticis, subscriptionibus, testibus etc. De Chartae et pergameni usu. De subscriptionibus et annis Christi. Laus WENCKERI in Collect. Arch. et Canc. Iur. et von Registratur. Naevi dicendi.

6. Dicendum de GEORGISCH Regestis Diplomaticis. Deinde aliqua ex LUDEWIGII T. I. Miscellan. praef. et SENCKENBERG. Prodiomi c. I. §. 7. De Collectoribus Diplomatum, ex praefat. BUDERIANA Corpori Struviano nov. Edit. praemissa.

7. *Sigillorum* res Historicas HEINECCIUS opere de sigillis, et *Domenico Maria MANNI* sopra i sigilli Antichi in Firenze 1744. sqq. Partibus XVI. 4. exposuerunt. Differentes hic sigillorum Periodi constituendae, dicendum de Bullis aureis Imperatorum, plumbeis Pontificum, Exarcharum, Regum, Ducum, argenteis quorundam Regum, cereis sigillis variis aut Maiestatis, aut minoribus, aut secretis, quae et contra sigillorum locum obtinuerunt. De variis etiam cerae generibus, et infigendi pristino, novo appendendi more etc.

§. 35.

III. *Philosophiae*¹ ambitus latissimus, complectitur enim (a) *Philosophiam Instrumentalem*, (b) *theoreticam* et (c) *Practicam*, cum *Historia Philosophica*, quae praemittenda.²

C

1. Historia Philosophica BRUCKERI, STANLEII, STOLLII. Veteres et aevi medii scriptores. BUDDI compendium ac BRUCKERI.

2. Totam philosophiam complexus ex veteribus, nunquam mihi satis praedicandus

Hieronymus SAVANAROLA, in universae Philosophiae Epitome, ed. à *Iessenio* à Iessen, Witeberg. 1596. 8. ex recentioribus BUDDIUS, WOLFFIUS, CLERICUS, alii.

§. 36.

(a) Philosophia *Instrumentalis*, *Logica* nimirum et *Metaphysica*, meo iudicio vel sic addiscentur. (§. V.) Si vero vulgarem viam sequi,¹ et Ideas, entia, Syllogismos,² interpretandi modum,³ ex arte discere cupias, sat ambagum paratum.

1. In Logica sunt Logicae Iuridicae, in primis brevis HEINECCIANA, et supra cit. THOMASII Hof. Philosophie sunt *Metaphysicae*, in primis HARTUNGII, et ANONYMI vernacula Iurid. *Metaphysic. Recensus.*

2. Huc aduocandi loci topici, prae aliis *Cl. CANTIUNCULAE* Basil. 1545. fol. EUERHARDI et RIBERTERIA. Vfus.

3. Doctrinam de interpretatione nuper

Chr. Henr. ECKHARD in Hermeneutica Iuris. Ien. 1750. 8. exhaustit, vt omnibus reliquis non egeamus. Neglectus hujus doctrinae apud Veteres. Necessitas. Risit *Iob. A FELDEN* scientiam interpretandi THOMAS. Hist. Iur. Nat. c. VI. §. 3. Licet vero haec ad Grammaticam pertineat, (§. XXXIII.) relata tamen à PUFENDORFIO ad Ius Naturae, à THOMASIO ad Logicam.

§. 37.

(b) PHILOSOPHIA *Theoretica*¹ mihi *physice*² et *Mathesi*,³ praecipue Iuridica,⁴ absolvetur. Quibus forte addenda res *Medica*, *physicae* arte coniuncta.⁵

1. Quo Iure haec Philosophia theoretica dicta? Cur Physicae res Medica iungatur? Medici olim *Physici* dicti. Cur *Mathesis* addita?

2. In Iure etiam necessarii scriptores *Physici* ac *Medici*. Saepe enim vsus Physicorum ac Medicorum placitorum in Iure. e.g. in legitima nativitate, criminibus, matrimoniis etc. ALBERTI Iurisprud. Medica, et Commentatio in Constit. Crim. Medica. Auctoritas HIPPOCRATIS in Iure. HEUMANN l. c. p. 377.

3. In *Mathesi* commendandi rei rusticae scriptores GESNERI, et agrimensores GOESII cura editi. Materia conditionum agrorum, et servitutum rusticarum, in his praescriptionis etc. Ius Rom., sine his subsidiis vix intelligitur.

4. POLACK *Mathesis* forensis, et VNGER *Mathesis* Iuridica. Iudicium. Referendae huc doctrinae de annis, mensibus, diebus, horis iuridice consideratis. Et ge-

neratim temporibus. KLEINSCHMID Praecogn. p. 70. sqq.

5. Dicendum de *Aritmetica*, futuris officialibus saepe necessaria. BOLZII liber von *Reamten*.

§. 38.

(c) *Philosophia practica*¹ praebet *Ethicen*,² *Politicen*,² privatam sive *Oeconomiam*,³ ac publicam,⁴ architectonicam et rectoriam,⁵ cum *Iuris Naturae et Gentium* placitis.⁶

1. Ius nostrum *Philosophia Romanis* PLIN. Epist. I. 10. 10. *Philosophi Graecis* Legislatores. Itidem Germanis. Hinc *Schefschen*. BRUMMER de Scabinis. Romani ICti aut Stoici aut Epicurei. BRUNQUELL de Methodo §. 5. 6. 7. In medio aevo Ius Civile scientia secularis. *Append. III. §. XXIX.* CICERO et AMBROSIUS de officiiis.

2. *Ethica* BUDDEI sufficit, aut THOMASII *Sittenlehre*.

3. *Oeconomia* olim cum *Politice tractata*, postea neglecta, nostro aevo in *Academiis* revixit. DITHMAR *Einleitung in die Oeconomische, Politien und Cameral-Wissenschaften*, cum *Biblioth. Franckf.* 1745. 8. dicendum.

4. *Politice* Architectonica, splendido, sed inficeto nomine, Iuris publici Vniversalis, quasi hic Ius aliquod sit, veniens, *Gentium Ius*, quod dicunt, simul sistit, et cum *Practica*, omnino excolenda est (§. IX. X. et *Ap-*

pend. I. §. XX. sqq.) Summus eius in Iure Publico vius.

5. Iuris cultori, ea praecipue etiam pro *Nomothetica* opus, siue examine Legum Politico. ANONYMI *Medicina rabulismi et Legulejismi* cap. IV. p. 46. sqq. THOMASII de prud. *Legislatoria et consultatoria*. Mihi in *Politiciis I. H. BOECLERUS* placet, cujus scripta tersa, elegantia ac nitida, ex ipsis rerum argumentis. Ei iungendus CONRINGIUS, summi iudicii homo, *Operum* Tomo III. per tot. *Addendae* KECKERMANNI veteres et nouae *Respublicae*, et OTTONIS *Notitia*, IOACHIMI, WALCHII et ACHENWALLII *Staaten*, GEBAUERI *Grundriß*, exemplorum loco adductae.

6. *Ius Naturae* quod dicunt, discendum. Placent in tanto numero PUFENDORFFII officia (*Append. I. §. 21. 22.*) SCHMAUSII *Ius Naturae*. Conf. THOMASII *fundamenta Iuris Naturae*. *Recensio* autorum.

§. 39.

IV. *Historia*¹ (a) *Ciuilis*, ac (b) *Ecclesiastica*,² cum omnibus eo spectantibus, insignis ambitus, Iurisque studioso in omni Iuris parte, summe necessaria est.

1. Refer huc *Chronologiam* ex SCHRAEDERO, *Geographiam* ex KOELERI *alt und neuen Geographie*, *Genealogias* ex HUBNERI *Tabulis* IV. Tom. *und der Einleitung*.

Etiam *Episcoporum ac Abbatuum successiones*. Ex BUCCELLINI *Germania sacra* simul adducendas. Intelligo vero *Historiam Graecam*, *Romanam* ac *Germanicam*. Vfus

omnium in Iure. Recurre ad *Prodromum* Iur. feud. c. I. §. 5. 6. HEUMANNI Appar. cap. XII. XIII. XIV. XVI. XXI. XXII. XXIII. XXIV. Libri dicendi.

2. Introductionis loco sufficiet LANGLET DU FRESNOY Introduction à l'histoire. *Ioh. Ern. FLOERCKE* Möglich- und Nothwendigkeit der Kirchen-Historie. Adde STRUVII *Bibl. Historicam*.

§. 40.

Historia (a) civilis Graeca,¹ Romana,² Germanici Imperii,³ ista cursim, illa ampliori studio, haec amplissimo, ac Iuridice,⁴ in vniversali, ac particulari⁵ tradenda, et ut ornamento atque probationi seruiat.⁶

1. GRAECA ideo, quia et Romani suas Leges, et Germani multa a Graecis hauserunt. Sufficiet *Vbbo* EMMIUS in Rebus-publicis, Thesauro GRONOVIANO etiam illatus. Legendus ICto PAVSANIAS.

2. Sub Romana Historia, et Graeco-Romanam intelligo. Sufficiet introductionis loco NEOPORTUS, cum BESOLDO. Legendi prae aliis DIO CASSIVS, HISTORIAE AUGUSTAE scriptores, PROCOPIUS, THEOPHANES. Veteres omnia absoluebant vita Iustiniani, in qua optimus LVDEWIGIVS. Usus in Iure Romano.

3. Sub Germanica Vniversali etiam Italicam, Burgundici Regni, et Belgii Historiam comprehendo. In Historia hac Compendium SPENERI, aut SCHMAUSII, vel PÜTTERI *Reichs-Historie* eligerem. Pro Italia autem PUFENDORFFII *Einleit. in die Staaten*, ex nova Editione Tomo III. In Germanica, amplioris Instructionis causa, ad STRUVII Corpus, in Italica MVRATORII Historiam, recurri velim. FRE-

HERI directorium addendum, et simul ad fontes auditores ducendi.

4. Insignis fontium Historicorum vsus in Legum Historia, observantia probanda, Legibus ipsis ex Historicis colligendis, (non tamen exemplo GOLDASTI,) potestate Imperatoris ac Statuum comparanda, administratione negotiorum Publicorum etc.

5. Historiae particularis Scriptores antiqui et recentiores probi, praecipue noscendi etiam ac legendi. Bibliothecae Historicae speciales, e. g. STRUVII Saxonica, ERATH Brunsvicensis etc. *Ioh. Dan. GRUBERI* *Prodromus Iuris Publici*, in vsum auditorum 1723. 8. Introductionis, loco in Germania Principe. De Gnorismatis boni Historici. Saepe veteres, saepe recentiores praeferendi.

6. Historicorum nostrorum fides THOMAS. de fide Iuridica. EISENHART de Historica. Et plenius *Ioh. Aug. ERNESTI* recentissime. Probationum Historicarum in Iure vis. Deductiones e. g. in causa *Iuliacensi*, et novissime *Austriaca*.

§. 41.

(b) *Historia Ecclesiastica*¹ amplissima. Tum enim totius orbis Ecclesias Christianas,² tum etiam vitas Paparum, Ecclesiarum reliquarum,³ maxime vero Germaniae,⁴ Vniversalia ac specialia complectitur.⁵

1. Compendii loco esse poterit RECHENBERGIUS; (§. VIII.) in Historia Paparum PLATINA; pro reliquis orbis Christiani Ecclesiis, et praecipue *Germania*, hauriendum undecunque. Vide *Append. I V.* per tot. Maxime ex PAGII Breuiario, BARONIO, et Continuatoribus, NATALI ALEXANDRO, et scriptoribus propriis.

2. Deest nobis admodum *Germania Sacra*. Vñs BUCELLINI *Germ. Sacrae*. HANSIZII Institutum. *Michaelis KUEN German. Monasticae Collectio*. Institutum recens BENEDICTINORUM *Germaniae*.

3. Vñs CENTURIATORUM Magdeburgicorum, et ARNOLDI *Kirchen- und Ketzer-Historie*.

4. Maximum Ecclesiasticae Historiae commodum, in Iure Publico, Canonico, & Iure Ecclesiarum Germaniae speciali. HAYMONIS et ADAMI *Bremensis* H. E. fontes nostrae Historiae Ecclesiasticae, ex medio aevo. Vitae Sanctorum, in ACTIS SANCTORUM Antwérpiensibus, et MABILLONII Benedictinis. Annales MABILLONII Benedictini, magni usus in *Germania*.

5. *Regesta Pontificum Epistolica*, Pontificiam, et Germaniae etiam, civilem Historiam, egregie formant. In Tomis Conciliorum.

§. 42.

V. Antiquitates ¹ (a) Civiles, (b) Ecclesiasticas ² Graecorum, Iudaeorum, Romanorum, Germanorum libere velim studiosum, binarum priorum classium summo digito, Romanorum aliqua, Germanorum praecipua cura.

1. Nihil fere antiquitatis est, quod Iuri servire nequeat, et egregium ac solidum specimen in DUCANGE Dissertationibus ad Ioinvillam, nec non MURATORII Antiquitatum Italiae Tomis VI. Optarem tamen Germaniae libros.

2. Sub censu Antiquitatum, res nummaria, Inscriptiones, et reliqua omnia veniunt, quae arti Criticae non reservavimus. FABRITII Bibliotheca Antiquaria. Olim tantum Graeca et Romana culta.

§. 43.

Antiquitates (a) Civiles Graecorum, ¹ Romanorum, ² Germanorum, ³ Iuri privato ac Publico commodant, ⁴ alio longe quam delectationis modo. ⁵

1. Antiquitates *Graecae* prae aliis Atheniensium, ob origines rituum Romanorum noscendae, praepriis in republica libera. Dictum. BRUNINGII sufficet compendium.

2. Romanae antiquitates ita comparatae,

ut sine illis, Iura non intelligantur. Pro Compendio, NEUPORTI Antiquitates. ROSINUS ex nova editione, lectioni fusiori. Ad haec non negligendus SIGONIUS de Iure Civium et Provinciarum. Scriptores de antiquo Processu, POLLETUS in

Hist. fori Romani, et GIPHANIUS de ordine Iudiciorum, inter praecipuos, quorum ultimus, et ad nova respexit simul. GVTHERII tr. de officiis Domus Augustae, *Iac. GOTHOFREDI* Codex Theodosianus, NOTITIA IMPERII c. n. *Panciroli*, et Heineccii Antiquitates ad Institutiones.

3. *Germaniae*, ex Commentariis in Taciti Germanicam, et HACHENBERGII Germania media, utcunque studioso haurientur. CLUVERII Germaniam, et reliquos vero, supplebit docens.

4. Inscriptiones Romanas, pro cultu Iuris, non negligendas, dicendum; summum enim Iuri usum praestant. Collectiones.

EISENHART de usu Inscriptionum in Iure. De his, gemmis etiam aliisque, HEUMANN Appar. §. 138.

5. Rem nummariam Romanam IOBERTUS Science des Medailles apte composuit, cum Graecanica. Germanicam HEUSINGERUS. Summus huius studii pro explicatione praecipue litium de moneta et, Regalibus, usus. Systemate tamen ad Ius directo, in Germanicis fere destituimur. Nec satisfacit LUDEWIGIUS *Einleitung zu dem Deutschen Münzwesen mittel Zeiten c. strict. Moseri* additis ed. Vlm. 1753. 8. Et ego in his desudavi olim opere *MSto*.

§. 44.

Antiquitates (*b*) *Ecclesiasticae*,¹ Graecae,² Iudaicae,³ Romanae,⁴ Germanicae,⁵ hoc amplius excolendae,⁶ undecunque,⁷ quia Iure Ecclesiastico Germaniae, adhuc destituimur, quale ego quidem optarem.⁸

1. Introductionis loco esse poterunt ea, quae *Tob. PFANNER* sub tit. Observatorium Ecclesiasticarum, & *I. H. BOEHMER* in orig. Iur. Eccles. cum MOSHEMIO de rebus Christ. trium priorum seculorum dederunt. BINGHAMII origines, latiores sunt. Antiqua etiam ritualia, in Collectionibus RUINARTI & ASSEMANNI, suo tempore notanda.

2. *Graecae* Antiquitates ideo huc spectant, quia multa in ritibus Ecclesiasticis, ex moribus paganorum remanserunt. Ratio. *BOEHMER* Ius Eccles. Protest. III. I. 15.

3. *Iudaicae* antiquitates, ideo maximi usus, quia Evangelium ab Ecclesia Iudaica accepimus, & omnia Iudaica, ad Christianismum fere applicata. Vnde notandus pro Introductione GOODWINI Moses & Aaron. Latius opus, LUNDII *Judische Deligthümer*. SELDENI uxor Hebraea, de Synedriis & successionibus, scripta com-

mendanda. Conf. ALBASPINAI observ. CALVOER Rituale, DU PIN de antiqua Ecclesiae disciplina. PESCARA Praxis Ceremoniarum Eccles. Romanae Venet. 1681. 4. mai. Adhibe THOMAS. de Prudentia Legislatoria c. VIII. cum citatis.

4. *Romanae* Antiquitates Ecclesiasticae, in reliqua antiquitate, vel sic addiscendae. Pertinent eo, omnium loco, GUTHERIUS de Iure Pontificio & manium. in Theauris.

5. *Germanicae* Ecclesiae Antiquitates Gentiles, KEYSLERO & KECIFFELIO in Ant. traditae, ut & SCHEDIO de Diis Germanis. Usus dicendus.

6. Christianae Germanorum Antiquitates, ex Patrum & Doctorum Ecclesiae Germanicae libris, maxime S. BONIFACIO, RABANO Mauro, ALCUINO, aliisque addiscendae. Addendum BECKII Martyrologium Eccles. Germ. BEBELII Anti-

quitates Germaniae primae Argent. *Iob. Henr. VRSINI* de Eccles. Germ. origine ac Progressu, vsque ad Carolum M. Scripta reliqua.

7. Italia rexit ritus nostros, adeo vero MISSALIA pro vivis & defunctis, BREVIARIUM, PONTIFICALE, CEREMONIALE EPISCOPORUM, RITUALE, CEREMO-

NIALIA etiam SUMMORUM PONTIFICUM, & ORDO ROMANUS huc advocanda. Dictum de his libris. MEUSCHEN praef. ad Cere- monialia &c.

8. Ingens vsus COLLECTIONUM CONCILIORUM, & MURATORII Antiquitatum Italiae operis, in re Ecclesiastica.

CAPUT III.

De Studio Iuris ac Iurisprudentiae ipsius GENERALIA.

§. 45.

Quae hic *discentium*¹ ac *docentium* officia sint, copiose traditur. Reducere licet omnia eo, *ut discens* assiduus sit, vires suas exploret, ² non nimis sibi fidat, concinno ordine studendi utatur, ³ se ad Collegia praeparat, diligenter audiat, ⁴ domi audita repetat, meditetur, ac retinere dicta & lecta studeat, ⁵ denique scopum sibi permissum semper sectetur. ⁶

1. In discentium officium placet mihi *Claud. CANTIUNCULAE* Paraenesis de ratione studii legalis. BRUNQUELL de Methodo studii Iuridici §. 43. sqq. *MARBACH* Introitus ad Iurisprud. apertus p. 20. sqq.

2. Semper mihi arrisit dictum *QUINTILIANI* Inst. Orat. Lib. I. pr. vbi: *Nihil praecepta atque artes valere, nisi adjuvante natura. Quapropter ei, cui deerit ingenium, non magis haec scripta sunt, quam de agrorum cultu, sterilibus terris. Sunt & alia ingenita quidem adjumenta, quae si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari. Sed non nunquam ita desunt, ut bona ingenii, studiique corrumpant. Sicut & haec ipsa, sine doctore peritò, studio pertinaci,*

scribendi, legendi, dicendi, multa & continua exercitatione, per se nihil profunt.

3. Num Vniversitates, an vero privata institutio praeferenda? *HEUMANN* Appar. c. I. §. 17. De autodidaxia. Exempla. *ZASIVS. KLEINSCHMID* p. 352. sq. de viva voce.

4. Veterum requisita *divina memoria, aurea crumena, plumbeae nates.* *ERASMI* dictum in *GOLDASTI* Epist. Philol. p. 169. *REUCHLINI* in *CHYTRAEI* Epist. dedic. de studio Theologico. (a)

5. Suadendum praecipue, cum memoria cuncta tenere nequeat, ut mature loci communes fiant. Ordo est arbitrarius. *SAGITTARIUS* de excerptendi ratione. *MORHOE* Polyhistor. I. 3. 13. 32. *GRI-*

BALDUS MOPHA de ratione studendi L. I. c. 18. 22. & lib. II. per tot. RENNE-MANN Manud. §. 76. sqq. late. IUNIUS Eloquent. Meth. c. XII. p. 105. De excerptis Iuridicis. Semper meditandum illud VIRGILIANUM:

*Venturaeque hyemis memores,
aestate laborem*

*Experiuntur, & in medium
quaesita reponunt. &c.*

Defectum supplebunt *Lexica Iuris. Append. I. §. 25. sqq. Dicendum.*

6. Exempla semper optima ad imitandum juvenis sibi proponat. PETRARCHA Operum p. 739. ait: *Video quam multis Exempla contulerint ad virtutem, & quid in me agant sentio, & de aliis idem spero.* Pauperem simul consolabitur illud Iohann HARPRECHTI; dives se oblectabit BOINEBURGIO & aliis. Me in mediocribus opum subsidiis, excitarunt domestica, avi materni Ant. RAUMBURGERI, & Sam. RACHELII.

(a) Liber Chytraci paucis forte ad manus erit, unde eum excerptam. Ita vero ille: *Es doctissimum virum IOHANNEM CAPNIORUM dixisse accepimus, eos, qui Iuris Studium suscepissent, primo anno, cum elementa eius doctrinae, & primorum aliquot titulorum descriptiones & parvas delibassent, omnium sibi Iuris peritissimos videri, nec ullum casum adeo difficilem & intricatum esse, quem non existiment, se erudite & aptissime decisuros esse. Postea vero quam paulo altius Legum disputationes & causarum varietatem introspexisse, in dubium eos de sua sapientia venire, & multo verecundius de se ac timidius existimare. Tertio autem anno, cum immensum illud pelagus, opinionum controversarum ac scriptorum, & infinitas ac plena diffusionum, etiam inter doctissimos, disputationes, ingressi essent: plane eos omnem suae doctrinae & prudentiae persuasionem, prius animo conceptam abjicere, ac tum primum inquit CAPNIO, feliciter discere incipiunt. Quod est de Iuris studio ille, joca & seria miscens, sapienter pronunciauit; samen non dubito, multa etiam bona ingenia, quae in Theologiae vel artis Medicae, vel aliarum doctrinarum studia ingrediuntur, idem quotidie experiri.*

§. 46.

*Officia docentium*¹ in eo consistunt, vt doceant subtiliter, ² perspicue, ³ & utiliter. ⁴ Quod sane omnia complectitur. ⁵

1. Ita BERGERUS Orat. de officio Ius docentium ac discendum, qui inde cuncta latius deducit, post notas in *Lancelottum* p. 179. cujus verba explicari velim.

2. Praecipue opus, vt connexe, & ita doceatur, quo discenti, Analogia totius materiae fiat, & thesi tantum haerendum, non antithesi. GRIBALDUS cil. L. I. c. 9. p. 64. id jam sensit.

3. Breviter, fideliter, vt nihil sibi retineatur, & juxta fontes Legum, non rivulos docendum, sedes etiam materiae indicanda. Add. QUINTIL. de Orat. L. II.

c. 2. 3. 4. 5.

4. Praejudicium autoritatis, nec nimis juvenum animis insigendum, nec fides Doctori deesse debet, sed prodesse studeat Doctor ita, vt simul ametur. QUINTIL. de Cicerone l. c. c. V.

5. *Ordo Collegiorum à Bened. CARPZOVIO traditus, in Methodo Francof. & Lips. 1682. 12. p. 8. sqq. sed hodie is esse poterit, quem SENCKENBERG. progr. de ordine Collegiorum Iuris praebet, aut is, quem ipsa rei series hic ostendit. Adde etiam §. XCI. not. 4.*

§. 47.

Iurisprudentiam ipsam adituro, praeter *Methodi doctrinam*, quam eum jam tenere debere, ex (§. 9.) dictis patet, *Historia Iuris* ¹ ante omnia haurienda. ² Haec triplex, *Iuris ipsius*, id est Legum & Consuetudinum, cum generalium, tum specialium, ³ *deinde Iurisprudentiae*, i. e. successionis, ac docendi modi prudentum, ⁴ tertio *Exercitii Iurisprudentiae*, in forma rerum agendarum ac expediendarum. ⁵

1. Historia Iuris, cum generalis est, tum quorumque Iurium, itidem specialis, & singularis etiam, cujusque provinciae. HEUMANN Appar. c. 29. sqq.

2. Necessitas Historiae Iuris, pro intellectu Legum ac Consuetudinum, pro explicatione Iuris-Consultorum, interpretatione Diplomatum ac Chartarum. *Deesse* adhuc, omni numero perfectam Iuris Historiam.

3. Commendandum KOPPII compendium, cum latiori STRUVII Historia Iuris. Caeteri. Dicendum in specie, de GI-PHANII *Indice* Historico rerum Roma-

rum civilium, & bellicarum, post Comment. ad Instit. pro Iure Romano, est mihi editio Argentinensis MDCXI. 4. Vtilitas.

4. Ingens defectus, in Historia Iuris-Consultorum Germaniae, & Legum aevi medii ac recentioris, ut & expediendi modo diverso. Specimen *Append. III.* & V. decimus. Adde dicta *Epist. novae Recessuum Imperii* Edit. praemissa §. 25.

5. Veteribus omnes fere Historiae Iuris partes neglectae. Vna cum Historia Iuris litteraria. (§. 15. seqq.)

§. 48.

Succedat inde *Ius ipsum*. Et tum deliberandum, num *vulgari via*, per tot Collegia ambulare velis, ¹ an vero, si non in universum, ² tamen in Iure Civili Iustiniani minimum, *Systematica*. Et optandum, cuncta uno Systemate simul connexe tradere licere. ³

1. Mirandum, cum Doctores reliqua non secundum Leges, aut ordine paratitulari e. g. Feudalium & Recessuum Imperii tradant, eos in solo Iure Iustiniano, adhuc vetusta instituta, rationi praeferre.

2. Auctori semper placuit, per omnia cohaerens cunctorum connexio, cujus rei

olim specimen dedit, & illud non nihil auctum, cum aliis recens additis, paulo inferius *Append. II.* sistit.

3. Sed deest, qui id agat, & multo labore, insigni iudicio ac eruditione opus, hoc thema suscepturo. Vtilitas dicenda.

§. 49.

Vulgari via, separata Collegia destinantur *Iuri Romano, Canonum, Germanico Privato, Feudali, Publico, Processui, & rerum agendarum in-*

D

stitutioni. ¹ Nos ergo, docendi modum in tot Sectiones distribuemus. ²

1. Connexa sunt nimirum, Ius Romanum & Canonicum, connexa Germanicum Feudale, Privatum, Publicum. Processus & rerum agendarum institutio omnibus communis.

2. Verum, cum peregrina, civitate Ger-

manica sint donata, & circa idem obiectum versentur, Publica etiam ad privata respiciant, & omnia Romanis, ne ipso rerum agendarum ordine quidem excepto, simul tradita sint, taedet me ferme, tot inutilium repetitionum, ac disturbiorum.

S E C T I O I.

De Iure Romano.

§. 50.

Ius Romanum, quo utimur, est *Iustiniani*. Vetus, *Iuris-Consultorum Romanorum*, ac *Codici Gregoriani*, *Hermogeniani*, ¹ *Theodosianique*; ² nec non *Byzantinum* post *Iustinianum*, ³ tantum adminiculantur. ⁴

1. Superfunt in Iure *Antejustiniano* Iuris-Consulti PAULUS & ULPIANUS, cum quibusdam aliis, & partibus Codici Gregorii Hermogeniani, sed jussu Alarici, Gothorum Regis, per *Anianum* brevioribus redditus, quod Alaricianum Corpus, in non nullis auctum, collegit Ant. SCHULTINGIUS, ejusque editionem emendavit *Ayrerus* in nova editione. Dicendum ex praefatione illius.

2. *Theodosii* II. sive Iun. Codex, ab Aniano itidem brevior redditus, *Iacobo GOTHOFREDO* optime editus est, nec parum editioni novae *Ritteri* accessit. Laus libri.

3. Ius Byzantinum post *Iustinianum*,

cum complectitur *Basilica* Constantini Porphyrogenetae, tum *Novellas Leonis*, tum scripta *Iuris-Consultorum & Glossas*. *Basilica VII. Tomis* fol. emendatissime dedit *Car. Annibal FABROTUS*, cum *Glossis*. Reliqua partim idem separatim, & *FREHERUS*, in Iure Graeco-Romano, cum *IUSTELLO*, in Bibliotheca *Iuris Canonici veteris*. vid. *STRUV. Hist. Iuris* Cap. IV. *Supplementa in Belgio* (e. g. *DOSITHEUS* Lugd. Bat. 1739.) separatim edita, ut & in *MEERMANNI Thesauro*, Tomo VI.

4. Dicendum adhuc de *THEOPHILI* versione *Institutionum Iustiniani*, & *paraphrasi* separatim. Ex praef. novae Edit. *Reitzii*, & *Appendicibus*. Hagae 1751.4.

§. 51.

Ex *Iustiniani Legibus*, *Corpus* quoddam *Iuris* ¹ confecerunt, privato *instituto*, ² annexis pro lubitu aliis, *Iuris-Consulti recentiores*, quod *In-*

stitutionibus, Pandectis, Codice, Novellis, Edictis Iustiniani ³ constat. ⁴ Adiectae Leonis, & aliae, sequiorum Imperatorum, Novellae. Adhaerent Iura Feudorum, cum Pace Constantiae, aliisque Imperatorum Constitutionibus. ⁵

1. Editiones variae. Vide de iis VAN LEEUWEN Hist. Iur. Rom. p. 24. sqq. Adduntur Notae *Dionysii* GOTHOFREDI. Maxime correctae minor, sine notis Amstelod. 1664. 8. II. Tomis, & major CHARONDAE Antwerp. 1575. fol. liber, meis musis, ob insignem curam, gratissimus, atque *Simonis* VAN LEEUWEN Ib. 1663. fol. maj., melior ea, quam Antwerp. 1728. fol. recuderunt.

2. Olim in MSSis Codicibus, omnia haec Iura secreta. Quae post Novellas sequuntur, non Icti veteres, sed *Dionysius* GOTHOFREDUS demum adiecit, usque ad Feudalia, quae iam, sed non ex *Cujacio* completa, aderant.

3. GLOSSAE, in antiquas corporis huius partes, olim ingens auctoritas. Vnde *Corpora Glossata*. Nil valere creditum, nisi quod Glossa munitum. Auctoritas ergo non à receptione, sed a Glossa. Cf. STRUV. hist. Iur. p. 395. n. 7. De Corporibus Glossatis, imprimis *Prateji*, *Contii*, *Cujacii*. Et Indice *Dacysii*.

4. Concordantiae in totum Iuris Corpus. Conatus *Lynckerianus*. Vfus Lexici *Ioh. CALVINI* & aliorum.

5. In totum Iuris ambitum subsidia parata in notis *Gothofredi*, & *Sebast. NAEVII* Selectis. Francof. 1608. II. vol. fol.

§. 52.

Habet Ius Iustiniani, ex receptione, ¹ vel a Glossa, Iuris auctoritatem in Germania, ² sed eam, quam Leges nostrae & morum ratio sinunt.

1. Dictum supra §. X. XI. XII. XIII. Omni auctoritate Legum à Glossa pendente, quaerere quis posset, an etiam glossam receperimus? Sed cum ex receptionis modo,

simul de auctoritate constet, cum adumbravimus *Append. III*.

2. Novellae Leonis & reliquae, nullam obtinent Iuris auctoritatem. STRYK Praecognit. Iur. c IV.

§. 53.

Incipere solemus ab *Institutionibus*, ¹ vbi primo nos textui tantum cum brevioribus Notis dare solemus, ² adhibito forte THEOPHILO, ³ Commentariis, ⁴ ad repetita ⁵ in Institutiones collegia, reservatis.

1. Institutorum editio cum Notis VINNII, BOEHMERI aut *Everardi* OTTONIS commendanda. GEBAUERI institutum.

2. Commentarius deinde *Iani à COSTA*, cum HOPPII maiore, ac minore Explicatione, simplici ac plana, sed non satis solida, sufficient.

3. THEOPHILI editio optima *Reiziana* II. Tomis. Vfus. Additus etiam Theophilus BOEHMERI institutis.

4. Reliquorum Commentariorum Centuriarum: Practicus maxime *Ioh. HARPRECHTUS*.

5. Dictum Veterum: bonus *Institutista*, bonus *Iurista*. De caetero conf. SENCKENB. Progr. de Institutis & Lege Regia. Gotting. 1738. 4.

§. 54.

Cum autem iam sciamus, *Corpori Legum*, autoritatem legalem, apud Romanos, minimum Iustini II. & Longobardorum temporibus ¹ fuisse, hocque Ius Romanum plene, succincte, ac rectius, quam Instituta, multis obsoletis, ac defectibus laborantia, ² tradere, non sine ratione, illud substituendum, ³ censeo.

1. Demonstravi autoritatem illius legalem *Append III. §. XIV.* Caetera ex *praefatione* mea, quam novae editioni Francof. & Lips. 1734. 4. curatae praefixi, intelligentur.

2. Naevi Institutionum aliis expositi, nec non *Hardewico* a DASSEL Orat. de

formando Iuris Civil. studio, annexa Ideae boni Iuris Consulti. THOMAS. in naevis Iurisprud. Romanae.

3. Textus tamen Institutionum, ubique ad latus esse possent, una cum reliquis librorum Iuris textibus, quos citavit in Notis ad Corpus Legum, *Reusnerus*.

§. 55.

Lectioibus in *Pandectas*, ¹ si deinde, hoc praesupposito, opus sit, methodus paratidlaris, ² Lectioibus ad singulos textus, ³ praeferenda; nec Antinomiarum resolutiones, simul propinandae, ⁴ sed Analogiae, ac solidae brevitati, studendum. ⁵

1. CONRADI Historia Pandectarum. Nihil vero magis incongruum, quam praelegere Pandectas, quas ne ipse quidem Iustinianus, huic usui, sed lectioni lytarum & prolytarum cursoriae, uti *Ant. CONTIUS* de Method. disc. Iuris demonstravit, unice destinaverat.

2. In paratidlaribus TREUTLERUS, LAUTERBACHIVS, LUDOVICI, SCHOEPFER, VOETIVS, BOEHMERUS, vicem Compendiorum obtinent. De latioribus LAUTERBACHIO, HUBE-

RO, &c. dicendum, & hi dijudicandi. De latioribus *App. I. §. IV.* nota.

3. Ad singulas Leges, olim praelegebant Bartolistae & Baldistae, sufficere autem poterit evolutioni BRUNNEMANNUS.

4. Controversiae, aut Analogia Iuris hausta intelligentur, aut ea non contingente, magis implicabunt. Et ducendi tyrones levi ac simplici via. Ius controversum *Sam. de COCCEII & Henrici BERGERI*.

5. Dicendum de VIGELII Pandectis, ut libro subsidiario, ex ipsis legibus deprompto. III. vol. Basil 1584. fol.

§. 56.

Lectiones in *Codicem* ¹ eiusque *Leges*, ² & *Novellas* ³ ideo non amplius usitatae, quia cuncta ex illis, ad *Pandectas* simul tradi solent.

1. Veteres *Codicem* magis praelegebant, cui & Imperatorum nostrorum Germanicorum *Authenticae* insertae. SENCK. praef. ad Corp. Legum §. XXV.

2. Commentarius in singulas *Leges* BRUNNEMANNI ac THULDENI; Ordine Paratitlari ZOESII & PEREZII. Iudicium.

3. *Novellae* Ius novum praebent, & non ideo collectae, ut praelegerentur, haud secus ac *Codex*. Commentarii RITTERSHUSII; SONNEMANNI, STEPHANI, Placuerunt mihi differentiae Iuris veteris, novissimi & Praxeos ad ordinem *Novellarum* ANONYMI. Hal. 1712. 4.

§. 57.

Paratitla in totum Iuris ambitum ¹ nonnulli dederunt brevia, ut cuncta uno quasi obtutu cognoscantur, sed hodie id genus lectiones spernuntur. ²

1. Dicendum de SINNAMA, BRANTIO, Alex. CHASSANAE0, M. WESSENBECIO, Iul. PACIO, GIPHANIO, aliis. praef. Corp. Legum §. XLII.

2. Legi tamen poterunt unus aut alter, absoluto Iure Romano, privato studio.

§. 58.

Multi Doctorum, Iuris Iustiniani ambitum, *Methodo naturali* ¹ simul tradiderunt, ² magis adhuc utili, quam lectionum, in Instituta ac *Pandectas* paratitlarium, instituto. ³

1. Vide in Semestribus SENCKENBERG Diff. de Methodo in Iure tenenda per tot. vbi recensentur. Adde praef. in Corpus Legum §. XLV. seqq.

2. Placerent LAGUS, VULTEIUS, VINNI Partitiones, aut KRESSIUS, in Iurisprudencia, talis Compendii loco, ubi

semper *Leges* essent addendae. Vid *App. II.* ubi curatior recensio Methodicorum.

3. Controversia, num Ius Methodice tradi queat. DASSEL l. cit. Nil impedit ut id credatur. Nec solida dubitandi ratio. *IB. App. II. §. I. sqq. XXI. XXII.*



M E T H O D U S,
S E C T I O I I.

De Iure Canonum.

§. 59.

Ius Canonum ¹ gaudet autoritate legali apud Catholicos, in causis Ecclesiasticis ² & quibusdam civilibus, sed in ultimis fere subsidiaria, ³ Apud Protestantes applicatur, quatenus ex applicatione absurdum non nascitur.

1. De usu & reliquis vide HEUMANN in Apparatu c. XLIV, per tot.

2. Methodi speciales PLETTENBERGII & VAN ESPEN ex Catholicis, FLOERCKII ex Evangelicis. Historia (a) Gerhardi VAN MASTRICHT, sed cuncta ex hauriens deest.

3. Non de Decreto, minus vero adhuc de Decretalibus, asseri potest, illa ante Ius Iustinianicum in Germania iam usum habuisse, per dicta *Append. III. sect. II.* per tot. inprimis §. XLII.

(a) Vidimus quidem Henrici DE SEGUSIO, Consentini, Legum Canonumque Professoris Introductionem, in Iuris Eccles. Germaniae Historiam, sed brevem illam in *MSC.* nec de autore constat. Brevissimum eum deprehendi, nec editione satis dignum, licet veris principiis inniteretur, & multa ex veritate Historica, & Statu Germaniae adduceret. Excitatos vero volo Eruditos Germaniae, ut pluteis omnibus excussis, hic nobis succurrant. Scio vero me proponere rem arduam. Nec satis est hic, ex decem libris vndecimum conficere.

§. 60.

Ius Canonicum itidem *Corpus* constituit, ¹ Iuris Publici ac privati, ² constans Decreto Gratiani, ³ Decretalibus, ⁴ sexto Decretalium, ⁵ Clementinis, ⁶ Extravagantibus Iohannis XXII. ⁷ & communibus, illis omnibus certae, his duobus ultimis dubiae autoritatis, LANCELLOTTI Institutionibus, ⁸ & VII. Decretalium MATTHAEI privato. Gregorius XIII. haec omnia fere coniunxit sua editione Romana, ⁹ De Iure Canonico novo extra Corpus. ¹⁰

1. Optima editio maior PITHOEORUM fratrum, aut I. H. BOEHMERI, Portatilis *Corpus Academicum. Glossae* hic non magna autoritas. Imo maior INNOCENTII IV. Pontificis Commentariorum in Decretales.

2. Subsidia explicationis ex BULLA-

RIO Romano, CONCILIORUM Collectionibus, Regestis Pontificum, & *patribus*, inprimis Medii aevi, eorum *Successoribus*.

3. De fontibus secundariis ex Collectionibus antiquis, *App. I. §. XVI.*

4. *Decreto* utique legalis autoritas fuit, KALEND. apud SIGON. in Bonon. ad an. 1151. sqq. Tomo III. operum. Carolus IV. adhuc in Bohemia decretum sequi iussit, repudiatis Decretalibus. ex MSC.

5. *Decretalibus* ortis, Decreti autoritas, quia non amplius lectionibus inserviebat, sed Decretales substitutae, in dubium vocata, & quare? SIGON. l. c. p. 233. 257. not.

6. *Clementinae* in Germania publicatae STANGEFOL. Annal. Westphal. ad an. 1318.

7. Extravagantibus Iohannis XXII. itidem, secundum quosdam, legis autoritas.

Communibus magis ad huc dubia. GONZALEZ Appar. n. 55.

8. LANCELLOTTI Institutiones approbatae, vide eius *Commentarios* ad Scholares Perusinos in edit. c. n. Var. splendidissimae Venetae App. 1704. fol. maj. ac alibi.

9. Speciatim de hac editione à *Correctoribus Romanis* emendata.

10. Adi VAN ESPEN Dissert. ad Ius Canon. novissimum T. IV. Operum p. 161. sqq. Refert eo (1) Collectiones Bullarum (2) Regulas Cancellariae (3) Concilium Tridentinum (4) Synodos provinciales, (5) Concordata & (6) Edicta Principum.

§. 61.

Docetur Ius Canonicum aut juxta ordinem *Decretalium*, ¹ aut vero *Methodo naturali*, ² quarum ultima rei aptior videtur, ³ ubi colligenda eo pertinentia, ex toto illo Iure.

1. Compendium secundum Decretales paratitare minus, DESSELI & DE ROYE, I. H. BOEHMERI. Systema amplius ENGELII, amplissima GONZALESI & *Augustini* BARBOSAE, BOEHMERI &c.

2. Methodi naturalis Compendia CORVINI apud Catholicos & PICHLERI; apud Protestantes PERTSCHII, ENGAVII. Ampliora Aug. BARBOSAE & B. Z. VAN ESPEN, Iura Ecclesiastica Catholica; Protestantium CARPZOVII Iu-

rispr. Consistorialis, & THOMASII ad Lancelottum.

3. Multa certe & Decreto & Decretalibus desunt, nec de Pontifice ipso, Canonicis & Clero seculari, Monachis exemptis, & mille aliis agitur. Supplebit pro Germania CORVINUS de personis ac beneficiis Ecclesiasticis Francof. 1708. 4. Dicendi FERMO SINUS, THOMAS LNUS de beneficiis, MATTHAEUS de Nobilitate L. II. & alii huc sparsim conductes.

§. 62.

Cum tamen *cuique regno* sint sua separata Iura Ecclesiastica Publica & privata, ita etiam *Germaniae Catholicae* ¹ sunt talia separatim, aut leviter, aut plane nulli exculata. ² Et sciendum in genere, competere Reipublicae nostrae, ³ quae Concordata ⁴ ac mos ferunt, in non definitis autem ea, quae affini regno *Franciae Gallicae*. ⁵

1. Ratio huius neglectus, insigni Germaniae incommodo. Cum tamen separatam Rempublicam Christianam constituat, suis Iuribus singularibus ac Legibus praeditam. *Anonymi* (NELLER) Principia Iuris Publ. Eccles. Catholicorum. Francof. 1746. 4.

2. Vocant Romani haec Iura Regnorum, *Libertates Ecclesiae*, nos autem, splendido servitutis titulo, *regnum obedientiae* dicunt. *Collectiones Conciliorum* pro quoque regno. De *Hispania* praeclare AGUIRRE in Synopsi Collect. maximae Conciliorum Romae 1695. 8. & CENNUS de Antiq. Hispanicae Eccles. Ib. 1742. 4.

3. Incidit in manus meas ANONYMI, mihi olim maxime amici S. Propylacum ac designatio libertatum Ecclesiae Germanicae, quibus Austriae minimum regna,

ac aliquae regiones aliae gaudent. Et addo illud *Append. IV.* non nihil revisum.

4. In illa Appendice fontes adducuntur, & Libertatis *Ecclesiae Gallicanae* scriptores percensentur, quo remittimus. Non autem omnia probamus. (a) Speciatim de *Concordatis* nostris Henrici V. & Friderici III. 1448. ac Commentariis dicendum. Optimi CORTREIUS & BRANDEN, I. W. HOFMANN, de concordatis Henrici V. cum Pontifice. Iudicium de BARTELS opusculo de Concordatis. Et dicitur etiam LYNCKERUS Consil. Imp. Aul. de his opus MSctum reliquisse. Imo audivi, qui id se vidisse referrent.

5. Libertas *Hispaniae* & aliorum regnorum, Provinciarum etiam aliquarum Germaniae, singularibus *Concordatis* muniturum. NICOLARTS Praxis beneficiaria.

(a) A me non omnia *Appendicis IV.* probari posse, vel sic patet. Notandae vero admodum Germanis Ecclesiae Gallicanae libertates. Eas enim post GRAVAMINA NATIONIS in Conciliis Constantiensi & Basileensi proposita, quarum illa apud HERMANNUM VON DER HARDT, haec in *Matth. FLACII* Catalogo testium veritatis extant, sibi vindicabat Alberus II. cum conventu Electorali, cujus rei Acta in Mantissa Codicis Diplomatici G. G. LEIBNITII, atque in Selectis SENCKENBERGIANIS Tomo IV. extant, plura vero *Manuscripta* supersunt. Et iis cum *Pragmatica* decantata BASILEENSI, adhuc hodie gaudent Germanorum illi, qui Concordata 1448. condita, non receperunt. Quo Ecclesiam Trevirensis, Bambergensem, Herbipolitanam, Leodiensem, & forte alias refero, specialiter CONCORDATIS beatas. Successore GRAVAMINA Nationis X. anno Clō 15 X. Maximilianus tum per WIMPHELINGIUM suum, Gravamina Nationis edi fecit, Pragmaticam Gallicam itidem, Argent. 1512. 4. & Concordata Nationis Germanicae cum Notis & Append. Ibid. Clō 15 XIII. 4. Et inhaesorus erat Pragmaticae, si vixisset paulo diutius. Nec *Gravamina* totius Nationis anno Clō 15 XXII. in Comitibus proposita, & tum integris Voluminibus disputata, quae Acta nos Francoturti *MSta* vidimus, usque huc decisa sunt, aut composita. Si pars II. praefaminis *Appendicis IV.* ad manus nostras pervenisset, inventurus illic eras simul Apparatum libertatis Ecclesiae Gallicanae. Sed cum illa intercederet, una cum multis aliis S. amici quondam nostri chartis, scito, omnes Leges Ecclesiae Gallicanae esse congestas, in *Louis DE HERICOURT Les Loix Ecclesiastiques de France dans son ordre Naturel, & une Analyse des Livres du Droit Canonique, conferez avec les usages de l'Eglise Gallicane.* à Paris 1743. Fol. Primus vero post antiquos in *Pragmaticam Galliae* 1439. latam GLOSSATORES, de illis scriptor, quem ego sciam est, *Iohannes QUINTINUS Heduus*, Iuris Doctor & ordinarius Professor Lutetiae; in Christianae civitatis Aristotratia, sive Pontificii & Regii Imperii descriptione brevi. Paris. 1541. 4. libro legi digno, ipsisque Gallis hodie fere ignoto. Compendiorum vero loco tibi commendo, *Maximes du Droit Canonique de France par Louis du Bois, & Denis SIMON*, cujus libri

libri mihi editio est anni CIO IO CXCIII. 2. Vol. 8 Paris. & ANONYMI le Droit Public Ecclesiastique Francois Ibid. 1752. 8. II. Vol. 1. ratio larius vero si versari hic cupias, adire iuvabit *le Droit Canonique de France, ou Recueil de decisions sur les matieres beneficiais à Paris 1708.* 4. & *Iacobi Benigni BOSSUET* (si modo is verus autor sit,) librum de potestate Ecclesiastica, ex Sanctione Cleri Gallicani, Luxemburgi 1730. 4. *Pessum vero DE MARCA* in Concordia Imperii & Sacerdotii, nec non *FEVRET* de l'abus II. Tom. fol. ut notissimos praeterco, id tantum dicens, quod forte ignoratur, *Petro de Marca* eruditissimo, praeluxisse quasi, *Michelem ROUSSEL* in Historia Pontificiae Iurisdictionis, ex antiquo, medio & novo usu, adhibita Praxi forenti Galliae, Hispaniae, & plurimarum orbis Christiani gentium. Paris 1625. 4. Igrorant haec omnia, & alia multa quae dici possent Germanorum plurimi, exterorum ideo nulla cura ducti, quia ipsis ne hodie quidem, pro re Ecclesiastica Germaniae liber aliquis est, in quo vel quotidianae *de Hierarchiae Germanicae* doctrina inveniri queant, ita, ut sive pars, sive Iudex sis, nescias fere, quo in rebus ad illam spectantibus recurrere debeas. Nemo fere novit *BÖETHI EPONIS* Quaestionis beneficales de Regalibus. Duaci 1578. 8. editas, & in *CORVINO* supra citato nos subsistere oportet, aut ad *ESPENII* Sacram Anchoram confugere. Pudeat nos negligentiae! Sane Germani semper erunt Germani. Et tales fuimus, confiteor id ipse Germanus existens, à longo jam tempore, ita ut suo jam aevo *LEOPOLDUS de Babenburg*, non nisi veteres adduceret, illud quo vivebat tempus, tacite quasi, vel in fronte operis traducens. Sed haec obiter.

§. 63.

Ad libertates Ecclesiarum etiam referendum est, in iis causis, ubi Iudex Ecclesiasticus, falcem in *secularia* immittit, aut contra *pacta, vel consuetudinem* Ecclesiae, etiam in Ecclesiasticis aliquid suscipit, ¹ recurrere licere ad Reges, & eorum potestatem secularem, pro abusibus corrigendis. ² Quae in aequis etiam Ecclesiae adest. ³

1. Fuit hic mos ab omni aevo, & in Germania ideo receptum Ius *placiti*, ac brachii regii, cujus specimen Anecd. BOINEBURG. T. I. p. 443. nota. CAPIT. NOV. art. XIV. §. 4. 5. VAN ESPEN Op. Canon. T. IV. per tot. ed. novae. 2. Videndi hic praeter *Gallos*, etiam Hispani & Lusitani, *SALGADO DE SOMOZA* de regia Protect. vi oppressorum & de Supplicatione ad Sanctissimum. DE CAEVALLOS, de cognitione per viam violentiae. PEREIRA DE CASTRO de manu regia aliique. 3. Adde rarum scriptum *Ludov. RIDOLFINI de Sabloneta*, de brachio Seculari & Ecclesiastico, vicissim implorando, in Operibus diversis fol. 43. sqq. ed. Venetiis 1606. 4. ubi & de adjuncto Seculari ab Ecclesiastico praestando. VAN ESPEN loco cit.

§. 64.

Germania in duas partes abeunte, & *Protestantium* ¹ separatam ² Ius Publicum, ³ & privatum Ecclesiasticum erit, ⁴ suis fontibus specialibus gaudens, atque Iuri Germaniae Catholicae amica junctum societate, cuius cultui iidem adhuc multum deest. ⁵

1. Fundatur Edictis Caroli V. post Confess. August. confectis, Pace Relig. Westphalica, Legibus, Capitulationibus, libris Ordinationum Eccles. Visitationum Cameralium Recessibus, suo modo Conclufis Corporis Evangelici, eiusque interveniendi facultate, Legibus particularibus, nec non moribus. PERTSCH Elementor. §. CXIII. sqq.

2. Gravamina Religionis hic noscenda & eorum Collectiones. HOFMANNI, STRUVII & ANONYMI, amplior cum praefatione Struvii III. Vol. Fol. Accessit nuper De SCHAUROTH Collectio Concluforum Corporis Evangelici III. Vol. Fol.

3. In Iure Publico ESTORIS Iura & beneficia Augustanae Confess. Praef. ad Schweder de Pacis Relig. constantia. Alii. In privato I. B. WERNHER Ius Eccles. in usum pastorum. Adde dicta §. LIX.)

4. Deest Collectio Actorum huc spectantium. LEHMANNUS de Pace Rel. MEYERUS de Pace Westphal. & reliqui, cum GOLDASTI variis operibus & HORTLEDERO, non sufficiunt ubique.

5. Scribi deberet *Ius Publicum & privatum Protestantium*, autoritate Corporis, quo aperte de omnibus opinionibus Ecclesiae communibus, publica ac privata concernentibus, in hoc Iure constet.

S E C T I O III.

De Iure Germanorum privato.

§. 65.

Ius Germanorum privatum ¹ nobis & antiquissimum ² & principale ³ usque huc sine publico & feudali traditur, atque Germano maxime est necessarium ac utile. ⁴ Et ex vulgato docendi modo, Romana ac Canonica prius noscenda sunt. ⁵

1. Diu plane neglectum jacuit, in cathedris, non re ipsa. Doceri coepit tandem titulo *Vsus moderni*, voce hispida, re inani. Nostro Seculo ex suis principiis, auctore Georgio BEYERO. Conf. ENGELBRECHT de util. & necess. Studii Iur. Germ. *Iob. Georg CRAMER* de conjungendo Iur. & Ant. Germ. studio.

2. *Historia Iuris Germanici* STRUVII, KOPPII in *Historiis Iuris*.

3. *Fontes* in Capitularibus ad Germaniam directis, Legibus posteriorum Regum separatis, Codicibus Legum Francico

Rather-Recht, ejusque Supplemento, Speculo Alemanico, itidem Saxonico, quibus Authenticae Imperatorum insertae, inde Recessibus Imperii, Statutis ac consuetudinibus. (Conf. *Append. I. §. XIV. XVI. Append. III. per totum, inprimis a §. XL. usque ad §. LII. ut & Append. V. integra.*) Illustrant Leges Germanorum exterae. (§. XLI. *Append. III.*)

4. Compendia HEINECCII, ENGAVII, PUTTERI, EISENHARTI, SENCKENBERGII. *Amplius opus* sufficiens plane deest, & per partes multa traduntur.

§. Vfus illius in Iuribus Principum, si ejus accessio Romana & Canonica Iura. Statuum, membrorum ac privatorum minoris nobilitatis, nec non ubique, nonni- (§. XI. sqq. *App.* III. §. 59.)

§. 66.

Vti Germania constat & majori, & pluribus minoribus, quinimo vel minimis Rebus publicis, imo etiam Statibus provincialibus sua Statuta, ita *Vniuersale*,¹ omnis temporis,² sed dispersum,³ nec collectum uno *falce*,⁴ & *particulare*, Ius Germaniae scriptum considerandum.

1. Dantur omnino Iura Vniuersalia scripta in CAPITULARIBUS, SPECULIS, Saxonico & Alemannico, & RECESSIBUS Imperii. Ratio.

2. *Speculorum* editiones. Illorum SCHILTERIANA, GAERTNERIANA, ZOBELIANA. Iuris *Caesareum* dicti, partim SENCKENBERGIANA, partim expectanda. *Richtstige Landrecht & Lehenrecht* ed. *Ludovici*. MStorum diversitas. Adde dicta SENCKENB. praef. Corp. Iur. feud. per tot. (& *App.* III. §. XLIII. XLIV.)

3. Recessuum Imperii Editio novissima, cuius praestantia & naevi facile ferendi.

Curata Francof. 1747. fol. II. Vol. In *Praef.* dicta ad Editiones ac subsidia spectantia. GRASSI Collat. Iur. Rom. cum Recess. Imp. Comment. Tubing. 1723. 4. Speciales addendi.

4. Deest Corpus Iuris Privati Germanorum *portatile*, deest etiam *Collectio antiquorum aevi medii Iurium*. Collectio SENCKENBERGIANA tentata, vacuam adhuc expectat. Interim titulum & aliqua huc spectantia leges. *Appendice V.* Forte sola anecdota, sed cum Commentariis brevi prodibunt.

§. 67.

Iura *Particularia* incongrue fatis Statuta vocata,¹ ea sunt autoritate,² ut ipsi Iuri Germaniae Vniuersali quodammodo derogent, ampliora certe cura tractanda.³

1. *Tò statutum*, verbum barbarum Glossatorum est, Statibus cum Collegiis & opificibus commune, ei tempori debitum, ubi adhuc ad summum aliqui Praefecti Praetorio esse crediti. GASSER de Broc. vulg. Statuta ex Iure Roman. esse interpret. ab initio.

2. Veteres de *Statutis* Scriptores, in TRACTATUUM, & reliqui; quorum in numero maxime tolerabilis est *Aldebrandus MASCARDUS* de generali Statuto-

rum interpretatione. Ferrariae. 1608. fol. & alibi in Germania. Ejus scripta cum CARPANO & Comite VERRI in statuta Mediolanensa. FENZONIO in statuta urbis Romae, aliisque Italis hic usum praestant.

3. In Germania, ob visionem de Statutis, remitto ad HEUMANNUM in Apparatu c. 42. p. 316. sqq. & ejus Opuscula. Nec negligendum *speciale* Ius statutarium, singulorum territorii locorum SENCK. Progr.

de Iure Hassorum. §. XX. Sunt vero RICCIUS von denen Statuten derer Land-
Städte, & in Lubecensia MEVIUS, in
Francofurtensia ORTHIUS, in Norica

WOELKERUS insignes Commentatores
Reliqua fere ex *Dissertationibus* haurienda.
(Adde *App.* I. §. 14. 15.) & ECKARD.
Hermeneut. Iuris P. II. cap. 1. §. 4. seqq.

§. 68.

Consuetudines ¹ etiam Germaniae generales, ² ac speciales, ³ insigne caput constituunt, Iuris Cultori, ⁴ nec in Publico, nec in Privato Iure, negligendum.

1. Diss. SENCKENBERG. de Iure Consuetud. & Observantiae, in Semestribus. DENECKE Dorf- und Land-
Recht, & TENGLER in dem Layenspiegel eo manuducunt.

2. Dantur omnino Consuetudines Germaniae universales, saepe in Legem conversae. Et videatur *Fridr. Gottl. STRUV.* de Consuetudinibus Imp. Germ. universalibus. Exempla in iuribus opificum, quibus Leges supervenere, in donationibus conjugum licitis, dotalitio, fideicommissis

perpetuis gentilitiis, Retractibus, Renunciationibus feminarum, successionebus & mille reliquis, quae ad Iura privata Principum Imperii pertinere, dicunt interdum.

3. Consuetudines speciales quaeque terra praebet, & colligi merentur, uti id exemplo Hassiae demonstravi, in *Progr. de Iure Hassorum vetusto.* Commendanda hic maxime LUNIGII Collectio, de Iuribus Statuum Provincialium & ej. *Corp.* Iuris feud. in Exemplum.

§. 69.

Id quod *Ius Principum Imperi privatum* dicunt, ¹ novo titulo, remere privata Germanica, plerumque ad consuetudines, saepe etiam Leges, aut pacta, sive testamenta familiarum spectat, nec separati quid est, sed Ius commune Germanicum. ²

1. Separata inde disciplina perperam effecta, quo usui Iuris Civilis non nocetur. Primus Stator GRIEBNERUS Compendio, Collegio postea emisso illustri, conscripto.

2. Successere alii, in primis B. G. STRUVIUS magno VII. Voluminum opere in laude sua digno, sed ex principiis generalibus, & Exemplis ditato.

§. 70.

Communes Iuris Consultorum opiniones in Germania, quibus in Consiliis suis, argumento Legum superbiunt, ¹ mere fere Germanicae sunt, ² licet Lex aliqua obtorto collo eo rapta, ³ & multa in Iurisprudencia informarunt. ⁴

1. E. g. CARPZOVII tota Iurisprudentia Criminalis, et Consistorialis, nil fere nisi Opiniones Doctorum praebent, quibus tantumnon in Iuris vicem utimur.. WOLFHARD Notitia Iuris Consultorum p. 39. sqq. Litigia de autoritate Carpzovii inter LYNCKERUM ac STRYCKIUM.

2. Adeunda ideo Germanicorum Ictorum scripta & *Consilia cum Responsis*, praecipue Seculo XVI. vbi adhuc fere omnia, tot Consiliariis non extantibus, ad Academias deferebantur.

3. *Iura Criminum* in Germania obtinen-

tia, huc fere referenda, ubi tamen *Ordinationem criminalem* Caroli V. cum Commentariis KRESSII aut CLASENII legere oportebit. Compendia methodica sunt BOEHMERI, aut ENGAVII., HEYLI Iudex & Inquisitus paulo amplior &c.

4. *Iura Cambialia*, postea legibus formata, itidem ab initio à Dd. opinionibus. Compendium brevissimum H. BERGERI, sed MSCtum, ex impressis FRANCKII. SIEGELII Corpus Iuris Cambialis continet omnes Constitutiones.

§. 71.

Hinc nobis Iuris Germanici *Instituta, Pandectae, Codex, Novellae*, quinimo sunt etiam scriptores de *Verborum significatione* ¹ & *Regulis Iuris*, ² si id exigas. ³ Imo hoc Ius est ditissimum.

1. Est mihi in MSC. *Codex Regularum Iuris*, Saeculo XIV. in Bohemia confectus, cuius alibi memini. (*App. V. §. 13.*)

2. Simili modo gaudeo Saxonico libro, Lunaeburgi, Seculo ineunte XV. exarato, *Verba Iuris Germanici*, explanante. Eo pertinent etiam, Lexica BESOLDI ac WEHNERI, cum SPEIDELIANO.

3. Si hac lactuca Glossaria vesci opus

esset, darem autorum aliquem loco *Institutorum; Pandectarum* loco Ius Francicum & Specula; *Codicis* vicem obtinerent *Recessus Imperii; Novellarum*, Constitutiones in hodiernis Comitibus. Et si ridere velis, esse Legem Regiam, docuit CARPZOVIVS. Ostendam argumento Legis, Papiam Poppaeam Majestatis Iuliam, &c.

SECTIO IV.

De Iure feudali.

§. 72.

Iura feudalia sunt specialia, quæ commode magis cum reliquis Germanicis tractari possent, ¹ & composita ex *Longobardicis* ac *Germanicis* placitis. ²

1. In DECRTALIBUS de feudis, vnico titulo, inter reliquos contractus describitur,

2. Commendandum Corpus Iuris feud. LUNIGII, & mole modicum SENCKENBERGIANUM, cuncta simul sistens.

§. 73.

Ius *Longobardicum*, Corpori Iuris Civilis, annexum est, ¹ Collatione decima, ² vna cum aliquibus Constitutionibus Imperialibus vsque ad Henricum VII. (XLIX)

1. Dividitur in *Capitula ordinaria*, quae Glossa COLUMBINI munita, & in foro adducuntur autoritatis, atque *Extraordinaria*, quibus illustrationis causa otimur.
2. Historia illius, in SENCKENBERG-

GIANO Prodromo Iuris feud. De autoritate differitur in RICCIARDO *de antiquis* ap. IAENICHEN Thesauro Iur. feud. Tomo I.

(a) Lingua Doctorum hie tutor, ipse ab iis olim seductus. Quid, vero ad nos, in Germania COLUMBINUS? Isne unquam apud Germanos habuit Legis autoritatem? Idem hoc est, ac si diceret, Doctorum aliquem esse Legislatorem. Mihi certe eadem nunc ordinariorum & extraordinariorum Capitulorum autoritas, ni mirum ut Germanica illustret, & autoritatis causa adducantur. Sunt enim nobis Iura feudalia magis concinna, atque Longobardicae Hugolini nugae. Vide ea quae proxime huc dixi, in citato RICCIARDO, & alias. Nec lingua illa Italorum de Feudalibus, amplius opus est omnino, ut inter capita ordinaria, & extraordinaria distinguamus.

§. 74.

Ius *Germanicum* absolvitur Libro de beneficiis, Speculo Suevico Feudali, & Saxonico, deinde *dem Richtig Lehenrecht*, variis Legibus universalibus, ¹ ac particularibus, necnon consuetudinibus. ²

1. Cunctae Leges generales habentur in SENCKENBERG. Corpore Iur. Feud. ubi praef. nec non Ej. primae lineae Iur. feud. P. I. c. 4. videndae. De consuetudinibus.

2. Leges *particulares* & Consuetudines, tot sunt, quot territoria Germaniae. cit. Pr. lin. §. 92. sq. & SENCKENBERGIANA Diss. de feud. Brunsvicensibus.

§. 75.

Olim praelectiones, ad singulos textus confusi operis Longobardici ¹ institutae; hodie methodo simplici ac plana proceditur, ² textibus undecunque adductis. ³

1. Cur Longobardicum opus confusum? vid. *Append. III. §. XXXIII. XXXVIII.*

2. Ad singulos textus Commentatorum ingens numerus. Pro usu quotitiano optimus BITSCHIUS in Commentariis ad Consuetudines feudorum.

3. Methodicorum Compendia pro lectionibus COCCEIANUM, MASCOVII & STRUVII. Ex paulo latioribus G. A. STRUVIUS in Syntagmate. Ex latissimis ROSENTHAL in Synopsi, & SCHILTER Comment. ad Cod. Iur. Feud. Alemanni.

S E C T I O V.

De Iure Germaniae Publico.

§. 76.

Vti cuique regno, sunt sua *Iura Publica*, ¹ ita Germaniae etiam suae *Leges*, ² suae *Observantiae*, ³ *Generales*, *Speciales*, ⁴ quae *Statum publicum* formant, circa quae, *Iurisprudencia* nostra versatur.

1. *Leges* exhibentur, tum in *RECES- SUUM IMPERII* Collectione, tum in *SCHMAUSII*, *STRUVII* & *WEIZEN- NEGGRI* Corporibus *Iuris Publici*, *Academicis* ac *portatilibus*. *Fontes* etiam *plures*, in *LUNIGII*, & aliis *Actorum publicorum* ac *Diplomatum* Collectionibus.

2. De *Legibus* particularibus cuiusque *Provinciae publicis*, *Landes*, *Sandvest* dités, & *Codicibus privilegiorum*. *Exemplo* *Bavariae* *SENCKENBERG.* de *Legibus* Ba-

var. *Dicendum* de *Austriacis* & nonnullis aliis.

3. De *Consuetudinibus* *Vniversalibus* & *particularibus*, *KULPIS* de *observantia* *Imperiali* & mille alii. *SENCKENB.* *Diff.* de *Iure* *Observantiae* in *Semestribus*.

4. De *Historia* *Iuris Publici* *Iac. Gabr. WOLFFI*, *IC.* *Halensis* *Iuris Publ. Historia*. *Reliqua*, *Supplementi* loco, *invenies* in *Append. VI.*

§. 77.

Ius Publicum generale, ex his fontibus docetur, ductu *Compendiorum*, aut per *Secula decurrentium*, ¹ aut certa *Methodo* ² *connexa conscriptorum*. *Latoria Systemata*, ³ cuique postmodum suo marte *perlegere* licet. ⁴

1, *SCHMAUSII* ac *PUTTERI* *Historisches Ius Publicum*, *Juridische Reichs-Historie*, *Pfeffel* *Abregé Chronologique*, *ordinem Annalium* aut, *Historiae*, *factis Iuridicis* ut plurimum *illustratae*, *fere servant*, unde opere *absoluto*, *Systema* nascitur. *Iudicium*.

2. *Compendia*, *Methodo connexa*, *conscripata*, *hodie collegiis inservientia* sunt: *STRUVIANUM*, *MASCOVIANUM*.

MOSERIANUM. *Antiquiora* *cursum* *dicenda*.

3. *Systemata* *praecipua largiora*: *PFEFFINGER* ad *Vitriarium* *IV.* *Vol.* cum *Indice*. *STRUVIANUM* *Corpus* *I.* *Vol.* *MOSERIANUM* *50.* *Voluminum* cum *Ind.* & *II.* *Vol.* *Addit.*

4. *Non negligendi* *Veteres* *medii aevi*; (*recensentur* *App. VI.*) & alii, *inprimis* *LIMMAEUS* ac *BESOLDIANA* *scripta*.

§. 78.

Vti juvenus, mature ad fontes ducenda, ¹ ita non inutilia, Systemate hausto, Collegia in *Pacem Westphalicam*, ² *Capitulationem* novissimam, aut etiam *Auream Bullam*, vel partes Actorum Publicorum. ³

1. Analyfi, certae alicujus, majoris usus, Legis, Historica ac Iuridica, fontibus magis adfuescimus, & earum pretium, in re praesente discimus.

2. Nonnulli plane separata Collegia in *articulum* V. Pacis Westphalicae instituerunt, exemplo I. H. BOEHMERI, quod audiivi, quae praesertim Evangelicis maxime necessaria. Omnia illic fere occurrunt, quae ad Ius Publicum speciale Ecclesiasticum Protestantium retulimus. (§. LXII.)

3. Collectionum Actorum Publicorum etiam, inter fontes, mentio habenda, nec non *Collectionum Diplomaticarum*. App. I. (§. XVII-XXIV.) Ego summe utilia e. g. censerem, Collegia, in omnia Nationis Germanicae, *cum Sede Romana Concordata*. Sunt autem eorum plura, cum quoque fere Rege, ab Ottone I. usque ad Carolum V. inclusive, & postea cum Maximiliano II. & Carolo VI.

§. 79.

Iura etiam Publica *particularia*, ¹ cum in genere, tum in specie cujusque Provinciae urgenda, ² quo futuri terrarum Domini, aut eorum etiam Consiliarii, & alii, ad res in Provincia instruantur.

1. BOECLERI Notitia Reipublicae singularis. HERTIUS de S. R. I. Rebuspublicis, earumque variis nominibus & Figuris. SECKENDORFF *Fürsten, Staat*. MYLERUS de Princ. & Stat. Imperii, tradunt generalia, & Exempla facile adde-
dere.

2. Iura Publica specialia territoriorum passim conscripta. e. g. plura à diligentissimo viro Ioh. Iac. MOSERO. ESTOR Ius Publ. Hassiae, aliaque. Nullum certe Collegium Principibus juventutis, aut iis, qui in terris officia ambiunt, magis utile.

§. 80.

Cautio in hoc studio summa, ne Historiae, aut parum, aut nimis deferamus, ¹ & ne Ius Civile incongrue allegemus, aut plane exesse velimus, qua in re multum peccatur. ² Nec sibi etiam imaginetur Studiosus, se Iure Publico solo, sine reliquorum adminiculo, digne uti posse. ³

1. Historia certe utilis, sed non omnia sine Legibus conficit. Vid. de his & aliis cautionibus. App. VI. §. penult. & ult.

2. *Ius Romanum* olim inepte addu-

ctum, postea non satis apte plane exclusum, cum tamen e. g. Telonea, Domania, & multa in regimine civitatum, quoad originem, plane sint Romuna, Ius Publicum
etiam

etiam Ecclesiasticum, inde idonea apud Catholicos capiat illustramenta. Consulendi Commentatores in tres libros vltimos Codicis. ALCIATUS, Lucas DE PENNA, Job. DE PLATEA. Caeteri.

3. Soli publico Iuri deditus, in deducendo & Responsis Academicis, nunquam satis copiarum producet. Quinimo in de- via interdum rapietur. Caetera.

SECTIO VI.

De Institutione ad Processum & res agendas.

§. 81.

Praxis Iuris, quam vocant, cum amplissima sit, ¹ & aut (a) *docendo*, aut (b) *libros edendo ac componendo*, propriisque tantum negotiis invigilando, aut (c) *causis agendis*, aut (d) *consulendo & respondendo* de Iure, aut (e) *judicando*, denique (f) *Negotia in Cancellaria* & (g) *Legationibus* obeundo absolvatur, videndum, ut cunctorum hauriantur principia. ²

a. Veteres Processum tantummodo urgebant, eumque *Actionum* doctrina, recens a BOEHMERO satis apte tradita, & exceptionibus absolvi credebant, unde domum delatis, ubique haerebat aqua. SENCCK.

Prodromus autem cap. VIII. jam tum, ampliorem esse hunc campum ostendit.

b. Plura sunt adhuc, quae Iuris peritus interdum agat, e. g. rationes pro re nata, (§. XXXV. n. 5.) sed haec per accidens.

§. 82.

(a) Ergo Doctoris muneri se in posterum applicaturus, attendat adeo, quae a Doctoribus suis utiliter observari videt, latius ac solidius in qua- que materia verferur, ¹ iudicet mature, ac praejudicia inolita deponere discat, plures etiam Academias, pro Analogia docendi, & Notitia conse- quenda, si id fieri commode queat, visitet. ²

1. Non observo, eum mature amplio- rem librorum notitiam quaerere debere, imo artem criticam majore studio hic ex- colere.

2. Nec reliqua cumulo, quae per se intelligentur.

§. 83.

(b) *Libros edendo ac componendo*, aut *propriis negotiis se tantum daturum*, in priori praecipue attendere oportet, quae sint boni libri requisita, ¹

F

& Bibliothecam mature instruere, Collectanea etiam ampliora conficere, & iis invigilare, quae aut plane non, aut non rite scripta sunt, ² periculum etiam virium ipso opere in Academiis, aliis manum ducentibus, facere. ³ Sibi tantum victuro, (nisi forte terras rectorus sit, de quo §. sequente.) Leges scribere nil opus.

1. Naevi in aliorum libris observati, praecipue scripturum instruent, qua in re semper fere in Collegiis, aliquid quod notet occurret, donec propriis oculis videat.

2. Nunquam jam dicta aut obsoleta sectanda, & cavendum, ne nudi simus com-

pilatores, aut dicamus satis apte tradita ab aliis.

3. Virium periculum, optime Dissertatione aliqua, proprio Marte elaborata sit, ubi Praeses, vel sic, officio opportuni monitoris haud deerit, Adde huc omnia quae *Append. I. Sect. 2.* diximus.

§. 84.

Terras autem, sive magnas, sive parvas, rectorus, adeoque non suis rebus tantum, sed & aliis praefuturus, Iurium equidem privatorum levioere, Publicorum autem Notitia quantum satis, ¹ inprimis Societatis, in qua futurus est, & proprietarum terrarum Notitia haustis, ² ad ea se conferat, quae legem imperandi parendique, ac negotia Cancellariae respiciunt, ³ ita, ut ab aliis pendere, ipsi opus non sit. ⁴

1. Nocet, si regimini praefuturus, nimis sit eruditus, & inde saepe accidit, ut Exemplo Iacobi I. Regis Angliae, Studia negotiis praeferat, aut omnia damno publico, sui solius arbitrio agi velit. (Adde *dicta §. XV. lit. b.*)

2. Diximus aliqua de Iurisprud. Principum privata. (§. LXVII.) de publicis particularibus. (§. LXXVII.) & consulantur ea, quae in Epist. LUDEWIGII, Notis ad Seckendorffium subnexa §. XXV. - XXVIII, edisseruimus.

3. Cuncta, quae futuro Consiliario, commendamus (§. LXXXV. LXXXVII.) Princeps, sed levius nosse debet, ut aliorum labores regere & dijudicare sciat.

4. Conf. KULPIS. de Studiis Iuvenis nobilis, recte instituendis. MOSER *Ge- dancken von dem Studio Iuris junger Standes, und anderer Personen.* Frankfurt 1736. 8. & Ienae 1743. 8. Caeteri. Adde ANONYMI Biblioth. Iuris Imperantium quadripartitam. Norimb. 1727. 4.

§. 85.

(c) *Causas acturus, & omnis Iuri operam navans, procedendi modum discat, non illum communem tantum, ¹ sed etiam summorum ² Imperii Dicasteriorum ³, & cuiusque provinciae, ad quam forte respi-*

cit. ⁴ Est enim & Processui sua Theoria, qua rite instructus, in omnibus dubiis, ex Analogia facile se expediet.

1. *Communis* Processus is est, quem Recessus Imperii novissimus, (ipse studiose legendus tractandusque sedulo,) quemque praeter Commentatores in textum, quorum novissimus est NEUROD: compendiis suis GRIEBNERUS, SCHAUMBURGIUS, KNORRIUS inter praecipuos, paulo latius LUDOVICI, per omnes Species tradiderunt. MARTINI autem opus ad Processum Saxonicum, locorum communium instar II. Vol. fol. tenere poterit.

2. Non negligendus Processus *Summorum Imperii Dicasteriorum*, aliquo tempore in Academiis antehac fere non auditus, quo NEVMANNI Principia Processus summorum Imperii Dicasteriorum, PÜTTERI Introductio ad rem Iudicariam Imperii, & TAFFINGERI Institutiones Iuris prudentiae Cameralis introducunt. (Adde §. XCVIII.)

3. Mihi semper placuit HILTROPII, & Iohannis HARPRECHTI in Processu Iudiciario, SEYFARTO nuper resuscitatum, & magno olim RULANTO in Comment. ad *Ioh. Ferrarii* Processum. Hamburgi 1608. ⁴ probatum institutum, qui processum communem & Summorum Imperii Dicasteriorum, jam olim conjunxerunt, quo omnia simul discantur.

4. *Processus Provinciae specialis*, cui quis se addicturus est, simul in oculis habendus, cui rei, speciales libri inserviunt, e. g. PUFENDORFFII Processus Brunsvicensis. Est enim singulis terris speciale quid.

5. De officio boni advocati commendo AGRICOLAM Neapoli Nemetum 1618.

4. Viles libri & festivi LUDOLFFI Schlendrianus, & ZIEGLER de arte rabulistica.

§. 86.

Addenda exercitatio, ¹ tam Recessibus ore prolatis, quam elaborationibus Iuridicis, ductu Professoris, qui errata corrigat, & apte rerum agendarum primas lineas regat. ²

1. Vide LUDOVICI Nachricht wie er das Studium Practicum bisher in seinen Collegiis getrieben, und selbes zu verbessern sehe. Hal. 1703. 4.

2. Conducit adhibere formulas, ab aliis,

collectas, inprimis etiam Camerales, BLUMII, HOFMANNI, & Iudicii aulici NEUMANNIANAS. BREMII Schutz-Schriften in Criminalibus.

§. 87.

(d) Ad consulendum & respondendum de Iure aut etiam officium Consiliarii se formaturus, Collegiis Relatoriis, ¹ & Consultatoriis se det, ipse virium periculum faciat, ² id genus negotia, ab aliis confecta, diligenter evolvat, & reliquis negotiis se aptet. ³

1. BOEHMERUS & HOMMELIUS aliique, modum referendi tradiderunt, & Collegiis practicis, plerumque ad ultimum, relationes addi solent. Lectio vero Relationum opus simul conficiet.

2. Consilia & Responfa, cum impressa, tum manu exarata, in Academiis, facile haberi possunt, manum etiam admovere licebit, modo occasio quaeratur.

3. De officio Consiliarii NOLTEN, & PRAUNIUS in libro: ein Fürstlicher Rath ist ein Phoenix, in compendio, ANONYMUS, medicina rabulissimi, c. V. de bulevtice p. 109. sqq. videndi. Mature is se conferat ad SECKENDORFFII Fürstens Staat, & LUDEWIGII in eum notas. (Adde §. LXXVII. LXXXVIII.)

§. 88.

(e) *Iudicandi* munus quomodo exercendum, & boni Iudicis officium jam in compendiis traditur, sed manum ductu periti ² primum admovere, & visu se parare, ³ optimum.

1. Diximus de relationibus §. praec & proderit legisse RELATIONES CAMERALEs impressas, multa saepe cura confectas. Criminales vero LAFFERTIANAS ac alias.

2. Iudicem futurum instruit praecipue ZIEGLERUS in Dicaftice, & optabat aliquis Procuratorum Wezlariae, LUDOLFFO (§. LXXX. n. 5.) addi *Schlendrianum Iudicum*. Oportet vero, ut is simul, advocati munus ac artificia, exacte calleat, uti bonus

Medicus, artem pharmaceuticam. De theoria decisionum juridicarum, rite & breviter, KEYSER in Historia Iuris, edita cum Carpzovio, in Manuduct. ad universum Ius p. 42. sqq. per singulas Iuris species.

3. Tribunalium frequentationem commendamus, ubi iudicia publice celebrantur, inspectionem actuum torturae, & executionum criminalium, sed Iuridico usu. Georgii OBRECHTI Comodiae de antiquo Processu Romano.

§. 89.

(f) *Negotiorum* Cancellariae Theoria, ac primae praxeos lineae, in Academiis hauriri possunt, ¹ ne iis admoti, plane novitii simus, ² id quod per omnia genera casuum, ³ elaborationibus & alias ⁴ illustranda, decurrit.

1. Olim haec pars plane in Academiis neglecta, ita ut Iuris studiosi, quandoque, ne litteras quidem Germanicas, apte concinnare scirent.

2. Saeculo XV. & XVI., maximum studium rerum Cancellariae rite expediendarum, unde *formularia* & *Canzleybücherlein*, ubi doctrina de titulis simul occur-

rit. Hi libri postea in alios titulos, *Notariat - Bücher*, *Secretariat - Kunst*, aut etiam *Briefsteller* abierunt. Quibus videlicet Secretarii, Notarii, praefecti &c. formarentur. Diximus nonnulla §. ult. *Append III.* Reliqua discursui reservata.

3. Hodie Dn. DE MOSER hujus rei Theoriam fere resuscitavit, in sua Acade-

mia Iuris Publici Hanoviensi, conscripto libro, *Canſley, Praxis* dicto, Gottingae PÜTTERUS *Juriftiſchen Praxi*, amplius adhuc, & omnia fere hac ſeſtione dicta complectens Institutum ſibi ſelegit, nec BECKII *Canſley, Praxis* Viennae emiſſa, indiſta relinquenda.

4. Iunxit PÜTTERUS, doctrinam Archivii ordinandi, cuius Theoriam REINKINGIUS jam dederat, eamque magis excoluerat WENCKERUS. Iuvabitur haec Theoria inde inſpectione Archiviorum, ſi forte copia fiat.

§. 90.

(g) Ad *Legationes* praecipue in Comitiiſ Imperii ſe praeparaturus, cum Stylo Cancellariae, arti Oratoriae, Actiſ Publiciſ, Comitiorum deſcriptionibuſ, tum etiam noviffimiſ Imperii, ac Regnorum Europaeorum negotiis, ¹ ſe ampliore Studio dare debet, ² ut & praxi Caeremoniarum, ³ quibuſ plurima huc ſpectantia abſolvuntur.

1. Introduxit huc fere MOSERUS in *der Anleitung zu denen neuſten Staats Angelegenheiten*. Reliqua, communibuſ de legationibuſ libriſ, inprimiſ *Iuſtino PRESBEUTA S. Henniges*, & *WICQUEFORTIO* abſolventur. De *Comitiis* Compendium KOENIGII.

3. *Caeremoniarum ac titulorum*, ſeparata fere doctrina eſt, ſuiſ principiis in re aliaſ, ſed non hic inani innixa. Commendo ZWANZIG S. ZWEYBURG theatrum praecedentiae, HELLBACHII opus novum. Winterfeld *Caeremonial - Politic*. LUNIG *Titularbuch*. Adde alioſ, pro lubitu, ex Bibliotheca Iur. Imper. ANONYMI Parte IV.

2. Requiro in id genus, Viro inprimiſ *Rerumpublicarum* totiuſ Germaniaſ ſingularum, earumque virium ac Politiceſ cognitionem. (§ LXXVI.)

CAPUT IV.

De variis, ad meliorem Iuris cultum, egreſſum, è vita Academica, & Applicationem Iuriſprudentiae Studio quaefitae, pertinentibuſ.

§. 91.

Melioris cultuſ cauſa, *Collegia diſputatoria* in Academiaſ inſtitui ſolent, ¹ ut & *examinatoria*, quae & excitare, & animum addere conſtat, praefertim ſi docens, ſolertem fatiſ huiuſ rei curam agat. ²

1. Progr. SENCKENBERG. Gotting. *Invitatorium ad Diſputat. in Inſtituta*. BOEHMER *Method. diſputandi*.

2. In illiſ & *examinatoriis* Collegiis, errores praecipue commiſſi, cum prudentia, & ſine ſelle notandi.

Migrations etiam *Academicae*, durante tempore Studiorum, receptae sunt, in quibus tamen caute procedendum, ¹ ne voluptati potius, quam utilitati cognitionis Iuridicae consulamus, ² aut instituti rationem haud fatis sequamur. ³

1. Sunt Academiarum differentiae, ratione sumtuum, salubritatis, distractionis, & periculi à seductione, aut malis moribus, celebritatis huius vel illius studiorum partis magis excellentium Magistrorum, &c. hinc commendationes academiarum e. g. Gissenfis DIETERICI Iun. TACKII, WEBERI &c.

2. Vtiles quandoquidem migrationes, saepe inutiles, pro ingeniorum ac rerum differentia. Mihi utiles fuere,

3. Instituti sequenda ratio; si enim e. g. in Civilibus facis profeceris, saepe publicorum ac feudaliū doctrina aliunde petenda.

§. 93.

Tempus, Studio Iuris Academico, tribuendum, quinquennio circumscribunt, sed diversum est vetus Iustinianicum, ¹ a novo Bononiae introducto, ² nec hodie unquam in Consilio Aulico, imo ne quidem in Camera, ita stricte observatur, ³ in Canonicatibus tamen saepe obtinet. Mihi quadriennium sufficere videtur. ⁴

1. De Romano Constitutio *omnem* §. 2. fqq. de ratione & Meth. Iuris docendi *Perr.* MULLER de quinquennio studii Iuris Sect. 1. cap. 4. caeteri.

2. De Bononiensi ex KALENDARIO ad SIGONIUM Hist. Bonon. not. p. 128. Tomo III. operum. Illius vero is habitus, ut ante tres annos Studii, nemo fieret Baccalaureus; ante quartum, ubi simul disputandum, sed non nisi cum aliis Baccalaureis, non Licentiatu; ante quintum exactum, & examen rigorosum praemissum, nunquam Doctor, sub poena nullitatis actus. Quod de Doctoribus decreti statutum, antea obtinebat etiam in Doctoribus Legum. Imo Iuri Canonico *septennium* praefiniunt. KLEINSCHMID Praecognita p. 304.

3. Licet enim illud in ORD, CAM.

P. I. Tit. 3. §. 2. & CONCEPTO praefinitum, *Rec. Imp.* 1654. tamen hunc rigorem remisit. §. 28. diligentiam solummodo in Academiis Germanicis requirens praestitam.

4. Triennium multis, erectioris ingenii sufficet. Tribuereim annum praecognitis & adminiculis magis excolendis. §. XV-XLII. Annum Iuri Romano & Canonico, sed Methodice discendis. §. XLVIII-LXII. Tertium annum, Iuri privato, Feudali ac Publico Germanorum §. LXIII-LXXVIII. Quartum vero annum, praeparationi ad praxim §. LXXIX. - LXXXVIII. Quinto anno ea agere liceret, quae §. XCVII. XCVIII. recensui. Si Systema totius Iuris esset, (§. XLVI.) cuncta longe citius adhuc abolverentur.

§. 94.

Disputationes Publicae, diligentiam testandi causa, impressae, & celebratae, si proprio conficiantur Marte, de diligentia testantur, ¹ & alicubi maioris adhuc usus ² sunt.

1. Olim, non nisi Baccalarei, uti dictum, ad disputandum publice admissi, hodie omnibus haec gloria patet.
2. Alicubi non nullis beneficiis afficitur, qui Disputationem Magistratibus patriae exhibeat, e. g. advocandi licentia, ubi illud non nunquam necessarium.

§. 95.

Licentiati Iuris & Doctoris elogium, olim soli Civili Iuri proprium, decretistis etiam, anno MCL. commune esse coepit; ¹ postea Doctores utriusque Iuris creati, nec non *equites* Legum. Non vero cuivis semper commodum, ut Doctor fiat. ²

1. Licentiati, & Doctoris, sive *Magistri Legum* vox, Bononiae orta, postea cum Decreti studiosis communicata. Not. ad SIGON. l. c. p. 128. Adde de aliis gradibus & *Lectoribus* Legum Canonumque IB. p. 216. not. 16. Conf. ITTER de honor. & grad. Academ. *Equites Legum* XII. Printarii Vnivers. Bonon. Lectores. SIGON. p. 130. not. 44.
2. Saepe gradus Academici in officiis & promotionibus, aut alias impedimento sunt, & alicubi, Nobiles non decere existimantur, unde non omnium est, eos ambire. Vide tamen GEBAUERIANUM Progr. post Diff. de dolo.

§. 96.

In *libris* quocunque tempore legendis, nulla certa lex statui potest, id vero expeditum, semper aliquos libros manuales, ¹ aliquos subsidiarios, ² aliquos vagae lectioni destinatos esse, debere, aliquos etiam plane voluptuariae, & mature de utilibus, ³ aut raris, ⁴ cogitari debere.

1. Diximus passim de manualibus, subsidiarios tamen & Systematicos maiores, tum etiam *Lexica* (§. XLI. & *App. I.*) commendamus, quorum itidem usus est insignis.
2. De illorum Collectionibus, & comparanda Bibliotheca. d. *Append. I.*
3. Conquirendi potissimum, in juventute, libri utiles, vilis pretii, aut raro deinde obvenientes. Passim & haud insolito pretio obviis, aut nondum necessariis, facile quis careat. Vnde commendo disciplinam rariorum. Haec est valde fallax VOGT & BEYER Catal. libr. rar.
4. Utilitas collectionis Dissertationum ac Deductionum, Bibliothecae locum ab initio tenentium, si rite dispositae sint.

§. 97.

Studiorum cultui, uti semper, ita inprimis, quando ab Academiis revertimur, multum confert *conversatio cum viris eruditis*,¹ quae & dubia visa dissolvit, & omni eruditioni admodum conducit.²

1. Exemplum CICERONIS, qui juvenum eruditioni se hoc modo dedit, uti & ipse ab aliis didicerat. SCHOTTUS in Cicerone defenso p. 149. sqq. edit. *Vorburg*. BOECLER ad Nepotem Comment.

p. 41. sqq. exemplo eiusdem Ciceronis & Epaminondae. (§. XX.)

2. Ideo etiam institutae certo modo eruditorum *Societates*, quo colloquio *plura ac alias* eruantur.

§. 98.

Commercium Epistolicum cum doctis, & mores format, & doctrinam auget, & commendat aliis, imo multi, vel ex Epistolis Virorum eruditorum,² & editis, & MSSis, maxime profecerunt.³

1. Cuius erudito e. g. notum est, quid ex Commercio Epistolico cum BOINEBURGIO ac FORSTNERO profecerint BOECLERUS & CONRINGIUS, utpote quorum duumvirorum Epistolae, ad Iura Publica sunt maxime utiles. MORHOF de conscrib. Epist. p. 7. seq. ubi & de Epistolis Iuridicis. p. 62. sqq. de Epistolographis Politicis. Certe ex II. Tomis commercii Boineburgiani cum Conringio 1745. Hanover. 8. per *Gruberum* editis, Ius Publicum admodum illustratur.

2. Commodis Iuris-Consultorum praecipue invigilat OMEIS, in Tr. de Epi-

stolographis iisque legendis. Prolusionibus Academicis illius annexo. Alt. 1677. 12.

3. Commendamus AENAEAE SYLVII, cum IACOBI PICCOLOMINAEI, REUHLINI, HUTTERI, VIGLII, ZUICHEMI, LANGUETI, GROTHI, GOLDASTI, RUSDORFFII, aliasque Epistolas. vid. ARENHOLD Conspectus Bibliothecae Epistolarum per tot. & p. 9. inprimis. De Excerptis Epistolarum edendis TENZEL *Bücher-Cab.* 1704. p. 200. & Cur. Bibl. 1706. p. 660.

§. 99.

Succurrit etiam *Peregrinatio*, ubi annis Academicis exactis, Iuri deditus, statum publicum, rei judicariae ordinem, studii habitum in Academiis, libros raros, & plura alia inspiciendi, ac eruditis innotescendi occasionem nanciscitur.²

1. Peregrinationes, praecipue in Germania, Iuris studioso instituendae, DIETERICUS de peregrinatione studiosorum p.

26. sqq. graviter. (Marpurg. 1640. 12.) Et pro scopo ad Iura directo. Exemplum in itinerario KEYSLERI, alias etiam

MA-

MABILLONII & RUINARTI Diariorum &c.

2. Praecepta tradere annis est post RENNEMANN Manud. ad stud. Iurispr. p. 114. sqq. Georg Paul HOENN, in iti-

nere Iuridico, exemplis demonstrato, Witteberg. 1688. 12. optima vero ratio ab Exemplis petenda, e.g. ex vita THUANI, PEIRESCII, VFFENBACHII olim nostri, ubi itinera describuntur.

§. 100.

Post itinera plerumque, *Summa Imperii Dicastria*, aut eorum minimum unum, aut alterum adire solemus, ¹ cum visendae Praxeos hujus in loco quasi proprio, ² tum illius magis excolendae causa. ³

1. Vfus hujusmodi morae, exponitur a LUDOLFFO in colloquiis, Schlendriano subnexis I. & II., qui plane p. 58. contendit, *nullum, Praxin Cameralem, rite esse capturum, nisi in loco judicii*, id quod verum est, si de curatiore noticia id capias. Forte plane nemo eam, exacte scire poterit, nisi sit Iudicii Assessor. Interim tamen praesentia erudit, & *mibi* profuit Wetzlariae haesisse. Adde Cautionem, circa haec studia, adhibendam. App. V. §. 11.

2. Solent tum Wetzlariae inprimis frequentari Collegia Cameralia, in BLUMIUM, aut aliquem ex supra dictis, (§. LXXXII. n. 2.) nec non LUDOLFFI Commentationem Systematicam, adhibito Corpore Iuris Cameralis.

3. Frequentantur etiam Procuratorum Musaea, ex Colloquiis Assessorum ac Procuratorum proficitur, frequentantur Audientiae, nec diligens vel arcana scire negligit.

§. 101.

Collections itidem Actorum, Diplomatum & alia, id genus è MSSStis, quantum pote, mature instituendae, ¹ rebus deinde agendis passim inserviturae. ²

1. Vti haec raro obveniunt, ita nunquam e manibus, si id pote, dimittenda.

2. Discimus inde saepe aliis plane indicta aut ignota, interdum etiam occasio accidit, ubi in praxi ingens, vel ex uno

solo monumento, commodum nascatur. Possẽm nominare *Virum summum*, quem unici monumenti acquisitio, in altum evexit.

§. 102.

Dum de vitae genere eligendo deliberamus, *Repetitio* quantum pote, eorum, quae didicerimus, instituatur, ¹ & *rerum agendarum*, aliorum ductu, & lectio & periculum fiat. ²

1. De Repetitione res est plana, cum negotiis admotis, non semper tempus suppetat, quod studiis dent. logos & Medicos, initia sua, ducibus aliis committere videmus, atque & concionibus & aegrotorum curae, vicaria opera superesse, & ad mandantes referre, vel ex illis audire necessaria.
2. Actorum lectio & labores, ductu aliorum, ideo commendandi, quia & Theo-

§. 103.

Finis Iurisprudentiae *Applicatio*, ut deinde *negotiis supersimus*, aut propriis aut alienis, ubi Reipublicae, non sibi victuro, vires explorandae, cui potissimum vitae generi nos aptos inveniamus, ¹ reliqua a Deo pendent, quod fortunam vocamus. Praecipue vero id agendum, quo cito negotiis admoveamur, ² & varietatem eorum sectemur potius, quam fugiamus, nec nimis alta statim appetamus, quo assuescamus omnibus, in vita occurrentibus simul. ³

1. Vires explorandas esse necessarium, cum ingenia, aut uni tantum rei, aut minoribus, aut majoribus, aut pluribus, apta sint. cipiium Momentum. De exercitatione WESENBECK. Tr. de Iuris scientia comparanda.
2. Varietas negotiorum, hominem pluribus idoneum praecipue format, exercitatione continua, cujus in omnibus praecipuum Momentum. De exercitatione WESENBECK. Tr. de Iuris scientia comparanda.
3. Refertur dictum *Caroli Ludovici* Electoris Palatini, se semper eos Consiliarios praeferre, qui minoribus, ubi soli cuncta agerent, antehac inservierint.

§. 104.

Qui vero finem Iurisprudentiae, in corradenda tantum pecunia, aut honoribus, ¹ sine integritate ac probitate collocant, ² nae illi longe admodum a scopo absunt, cum semper de eo cogitandum, ut omnia faciamus integre ac probe, reliqua expectemus à Divina benignitate.

1. Finis Iurisprudentiae Glossatoribus in honoribus & divitiis collocatus. REBUFF. feud. declar. p. 273. sed adde SCHNEIDEWIN. ad Prooem. Inst. §. ult. p. 12. Et nota dictum CHRYSIPPI apud DIOGENEM LAERTIUM de vit. Philosoph. L. VII. c. 7. §. 12. quo pacto sapienti quaestus sectandus sit. Iuridice meliores, & cunctis rite supersimus. Inde Iuris-Consultus Vir Kär' ἔξοχῶν bonus KLEINSCHMID. praecogn. Iurisprud. Tr. 2. n. 3. sqq. p. 14. sqq. late satis. MEVIUS Prodr. Iur. Nat. & Gent. Inspect. 9. §. 23. sqq. THOMASII dictum nobis semper ingeminatum: *Ihr Serren sehet daß ihr ehrlliche Leute bleibet.*
2. Finis legitimus, ut dextra legum applicatione, tam nos, quam alios, reddamus

Tantum!



EXCURSUS SEX

A D

METHODUM IURISPRUDENTIAE

SENCKENBERGIANAM

SPECTANTES.

- I. *Notitia Iuris Litteraria brevissima ac selecta, ut & de efficio autoris.*
- II. *Conspectus Systematis Iuris Vniuersi, cum recensu eorum, qui hac de re scripserunt.*
- III. *Tractatus de receptione Iuris Romani in Italia & Germania.*
- IV. *Anonymi Propylaeum libertatum Ecclesiae Germanicae.*
- V. *Corporis Iuris Germanici medi aevi umbra, cum Commentario autoris.*
- VI. *Historiae Iurisprudentiae publicae, litterariae praesertim Idea.*

Ex Monumentis Fide dignis praesertim

A N E C D O T I S.

LUCIAN. de scrib. Histor. T. II. p. 422. edit. Basil.

Τάχος ἐπὶ πᾶσι χρήσιμον, καὶ μάλιστα εἰ μὴ ἀπορία τῶν λέξεων εἶναι.
Brevitas quidem semper optima, maxime si dicendorum defectu non prematur.

EXCURSUS PRIMUS.
 N O T I T I A I U R I S
 L I T T E R A R I A
 BREVISSIMA ET SELECTA
 U T E T
 DE OFFICIO AUTORIS.
 S C E L E T O N .

Post Praefamen satis breve.

SECT. I. §. 1. *Librorum cognitionis necessitas.*

§. 2. *Discendum a Praeceptoribus, aut aliis, in arte peritis, librorum etiam Sectiones adeundae.*

§. 3. *Ediciones plerumque novae, interdum etiam veteres, emendae.*

§. 4. *Libri necessarii, apte plurima continentes, aut non obvii, sectandi.*

§. 5. *Cognitio haurienda ex Bibliothecariis.*

§. 6. *Libri sunt, aut usus quotidiani generales; aut speciales, aut subsidiarii, aut voluptuarii.*

§. 7. *I. De Generalibus.*

§. 8. *II. De Specialibus & Singularibus.*

§. 9. 10. *III. De Subsidiariis eorumque distinctione.*

§. 11. 12. 13. 14. 15. 16. *(I.) De fontibus Iuris principalibus & subsidiariis.*

§. 17-23. *(2.) De Actis Publicis.*

§. 24. *(3.) De Collectionibus Diplomatum.*

§. 25-28. *(4.) De Lexicis.*

§. 29-33. *(5.) De Consiliis, Responsis, Decisionibus.*

§. 34. 35. *(6.) De Observationibus, Epistolis & Ephemeridibus Eruditorum.*

§. 36. *(7.) De Disputationibus ac Deductionibus.*

§. 37-44. *(8.) De Operibus Iuris eorumque Collectionibus.*

§. 45. *IV. De Voluptuaria Collectione.*

§. 46. *De Collectione Manuscriptorum.*

§. 47. *SECT. II. De Officio boni auctoris in genere.*

§. 48. *(a) Habeat curam propriae famae.*

§. 49. *(b) De libertate sentiendi.*

§. 50. *(c) De commodo lectorum.*

§. 51. *(d) De respectu ad Bibliopolas.*

Praefatiuncula.

Dicam paucis , I. de *Notitia libraria* , & II. *Officio Autoris* legitimo , ideo , quia systematice de his traditum non id inveni , quod quidem voluisssem . Neque enim STRUVIO aut *Iob. Andr. HOFMANNŌ* etiam placuit , hic satis distinguere . In C. G. HOFMANNI *Bibl. Iur. G.* vero , non est quod desideres . Mea hic festinata , & ampliorem curam poscunt .

S E C T I O I.

§. 1.

Librorum cognitione , ¹ Iuri operam danti , omnino opus est , ² aut pro usu ex libris capiendo , aut etiam pro Bibliotheca comparanda , ³ secundum cujusque conditionem & vires . ⁴

1. Multi sine Bibliotheca , ex aliorum libris , & paucis tantummodo instructi , eruditi evaserunt . Exemplo ECCARDI & PFEFFINGERI . Aliquibus multi libri haud profuerunt . Exempla odiosa .

2. Nemo tamen plane libris carere po-

test , inprimis quotidianis , quos manuales dicimus .

3. Selectus , ab initio , pro cujusque conditione , faciendus .

4. Quomodo notitia libraria paranda , diximus *Methodi* §. 16. seqq.

§. 2.

Discendum ab initio à praeceptoribus , qui sint boni Iuris libri , & eorum manu ductio , prece ac precio flagitanda , ¹ nec negligendi studiosi , aut librarii in arte periti . ² Librorum Sectiones etiam adire juvabit , ubi ex pretio & aliis circumstantiis , boni libri noscuntur . ³

1. Eo modo ex *Sam. STRYCKII* Bibliotheca profecit *Burc. Gothelf. STRUVIUS* Ienentis , cujus Bibliotheca Iuridica , inde potissimum collecta . *Autor* ex THOMASIANA , aliisque .

2. Saepe *Studiosis* senioribus magna li-

brorum , inprimis selectorum , cognitio . Et dantur etiam librarii eruditi . Tales olim Bibliopolae nostri temporis , KOENIGIUS , & FRITSCHIUS .

3. Auctionum inprimis Catalogi summe utiles , e. g. *Gundlingianus* , *Griebne-*

rianus, Ludewigianus, & aliorum Ictorum eruditorum, integras collectiones exhibentes. Adde DE BALTHASAR Specim. Supplem. ad Bibl. Lipenianam. p. 343. sqq.

§. 3.

Libri non semper novi, cum editionibus novis sectandi, ¹ sed interdum etiam veteres, cum editionibus non recentissimis. ² De regula tamen novi, & editiones novae praeferrī merentur. ³

1. Novi rectius fere semper ordinati, & ad sectam temporis Ictorum magis compositi. Interdum tamen veteribus multa sunt, quae in novis frustra quaeras, aut probationi ex aetate inserviunt. Exempla in veteribus Iuris Publ. Scriptori- bus. *Append. VI.*

2. Licet novae editiones plerumque meliores, saepe tamen etiam veteres ob typum, Chartam aut majorem correctionem vel alias praeferrandae. Exemplum in MEICHSNERI Decisionibus, SCHRA- DERI tr. Feudali, NOODTII & HE- RINGII operum novis Editionibus.

3. Nec semper credendum, si librarii dicant, novam editionem esse auctam; interdum enim plane castrata, aut mini- mum nihil accessit. Omittuntur etiam non nunquam Dedicaciones, aut praefaciones magni momenti &c. e. g. in FRE- HERO ad P. de Andlo. Aut olim accessit aliquid, quod deinde in nova editione omissum. Exemplo Ellychniorum SPREN- GERI, ubi novae editioni Documenta defunt. HORTLEDERI Actorum. &c. ubi utrique Editioni sua praecipua sunt.

§. 4.

Emendi libri maxime necessarii, ¹ & plurima, modo apte composito continentis, ² aut non facile unquam recuperandi. ³

1. Necessarii qui sunt, ex vitae & studiorum ratione colligendum.

2. *Plurima continentis* sunt illi, ubi in eo quod quaerimus, semper scitu digna & à nobis quaesita, aut in expositione, aut tamen minimum in remissionibus, ad textus aut Autores Iuris invenimus. E. g. ubi de Pandectis agitur, in COLLEGIO IURIS ARGENTINENSI, *Petri MÜLLERI* Commentario ad G. A. STRU- VII Syntagma, aut Meditationibus LEY-

SERI, nec non Rationalibus. *Ant. FABRI* ad Pandectas, licet non ad finem usque decurrentibus, tamen Practico summi usus.

3. De *raris* diximus in *Methodo* §. 44. sunt & alii non rari, qui tamen in aliis locis aut haberi nequeunt, aut distracti non facile recudentur, sive etiam, quia minimi e. g. sunt, memoria plane fere labuntur.

§. 5.

Haec & alia ex eis libris cognoscenda, ¹ quos *Historiae litterariae Iuris*, aut *Bibliothecarum*, ² nominibus insigniverunt: Sunt hi aut novi, aut veteres. ³ Generales, aut speciales. ⁴

1. De novis aliqua diximus *Metb.* §. 17. (a) Pro pretiis addendum GEORGII BÜCHER, Lexicon, & eo etiam instruit HOFMANN in sua Bibliotheca.

2. Novis, etiam Deductionum Bibliotheca LUNIGIO-IAENICHIANA, & *Disputationum* Catalogi, e. g. *Langenheimeriani* addendi.

3. Veteres Bibliothecarii NEVIZANUS, GOMESIUS, FICHARDUS, DELRIO, BROSSAEUS, ZILLETTUS, FREYMONIUS, SEILERUS, NAEVIUS, eaque quae de libris noscendis Veterum Methodis Iuris passim addita, omnino spernenda non sunt, cum multos auctores exhibeant novis Bibliothecariis aut

non eo modo dictos, aut plane ignotos. Vt jam de rebus taceam. (b)

4. Generales esse, aut speciales, notum. Dantur enim Bibliothecae etiam speciales Iuris. E. g. Germanici uti ARPII Themis Cimbrica, Cambialis THURMANNI & alii id genus Scriptores speciales, imprimis ad partes Iuris Publici H. G. FRANCKII, Collectiones uberes. Ad *singulas provincias* vero pertinentia, tradi solent, aut cum Historia Iuris. e. g. MASCOVII Brunsvicensi, aut in Bibliothecis Historicis provinciarum, e. g. LE LONG Bibl. Hist. Gallica, SCHOETTGENII Saxonica &c.

(a) AUTOR Medicinae rabulisini & Legulejismi c. 23. de scriptis, aliqua huc facientia tradit, praecipuis quoad praecognita, & §. 10. ut & alias *Bibliographiam Iuridicam* promittit. Insignem vero Philosophiae, rerum cognitionis, & Historiae litterariae Iuris, hoc scriptum prodit notitiam. Cumque sciam, *Iobannem Christianum B. DE BOINEBURG* molitum esse opus grande, de usu errorum in Republica, Act. Litter. STRUVII Fasc. III. p. 12. ubi Liber IV. & V. uti illic recensentur; erroribus in Iure & eorum Medicinae deputati erant, vix alium, hujus libri autorem puto, vix alium, qui Bibliographiam promiserit, maxime cum sciam, eum talem Bibliographiam animo agitasse. Is etiam erat, qui Bibliographiam Criticam à BOECLERO extorserat.

(b) Optarem ego conscribi *Bibliothecam Iuris Veteris*, eo modo quo dictus ZILLETTUS, Venet. 1559. 4. impressus rem instruit, addique Editiones in omnibus id genus libris omittas. Cum Veteribus legendis vita hominis vix sufficiat, nihilominus vero hi quandoque evolvendi sint, ubi vix scias, quo pacto eorum Notitia eruenda sit, antiquis hisce Catalogis, cum eorum usus rarior, nobis inventu difficillimis. Reserrem id genus scriptores hodie ad subsidiarios, eo quidem modo, ut eo non recurras, nisi pro notitiis Historicis, & ubi in aliis plane nihil extet. Dedi passim ejus rei Exempla, imprimis *Append. II.* §. 3. atque *Append. VI.* Et sufficeret fortassis, si quis vel ZILLETTUM tantum editionibus instrueret, & usque ad annum 1610. augetet. Hic enim Voluminosae illius Themidos, in patria fere terminus fuit. Et postmodum Italorum ista bellaria, in Germania recudi, ac fere legi desierunt. Quousque Germani, cultae scilicet illius Iurisprudentialae, in Italia colligendae causa, montes transibant, *Wechliorum* Francofurtensium libroriorum res, recudendo id genus Volumina admodum est aucta, & hinc in Bibliotheca Publica patriae meae Francofurti, ingens Veterum illorum deprehendi armarium. Adde huc VOGLER Nosit. Scriptor. p. 41. sqq. ubi veterum Bibliothecariorum recenset.

§. 6.

§. 6.

Vti vero omnes libri, in Iure, sunt, aut usus quotidiani ¹ *generales*, vel ² *speciales*, aut ³ *subsidiarii*, aut ⁴ *voluptuarii*, ita de omnibus dicendum separatim.

1. *Generales* voco eos, qui integrum e. g. Iuris Civilis Systema sistunt, sive manuales sint, sive majores, & magis adhuc, si omnes partes Iuris, simul complectantur, sive ordine aliquo Methodico, sive legum, sive aliquo alio quovis demum decurrant.

2. *Speciales* (§. 8. sqq.) sunt aut ratione objecti specialis, e. g. Pactorum; aut ratione generalis, toto genere non nisi specie aliqua, e. g. Iure Austriaco exhausto. Hos ultimos etiam, appellare posses *singulares*.

3. *Subsidiarios* (§. 9. sqq.) appello & eos, qui deficientibus reliquis adhibentur. E. g. Lexica Iuris & Consilia, & ii etiam, qui ad exactam tantum diligentiam, Stylo Ictorum pertinent. E. g. formularia anti-

qua, ad excolendum Ius Publicum, & privatum aevi medii. *Append. III. §. ult.*

4. *Voluptuarios*, (§. 45. seq.) in genere, ad variam lectionem pertinentes, usui Iuridico non adeo dicatam, imo etiam eo sensu appello, quo ICI impensas, quo e. g. omnes, quascunq; demum Corporis Iuris, aut partium ejus editiones, & omnium eorum labores, qui e. g. unquam Logicas Iuridicas scripserunt, refero.

5. Posses etiam, primo loco, *Bibliothecam Fontium*, ut à reliquis omnibus separatam, quam alias certo sensu ad subsidiarios retulimus, collocare, ut quinque fiant Classes. Sed parvi referet, quocunq; demum in loco consistant, modo scias, nos, quod nostro Exemplo probamus, fontes semper ad manus esse velle.

§. 7.

In quotidiana inspectione volvendorum, ac I. *generalium* Iuris librorum collectione, praecipue opera danda, ut omnium praecognitorum, ac administrorum Iuris, ejusque partium, ipsarum quoque, generalium scriptorum, habeamus, & Historiam, ¹ & rum librum manuales, tum ampliore, ² quo recurrere liceat. ³

1. Historiae Iuris, cum generalis, tum specialis Systemata, pro noscendo toto legitimo ambitu, summe necessaria, & sine illis, solida scientia non paratur.

2. Recensuimus in *Methodo*, singulis locis, Compendia aliqua ac Systemata, ad praecognita adminicula, & singulas Iuris

partes, unde eo nos referimus, amplioris notitiae causa, ad *Bibliothecarios* generales ac speciales remittentes.

3. *Bibliothecarios* speciales semper recensuit STRUV. in Bibliotheca Iuridica, ad quem recurras.

§. 8.

II. Specialium, aut singularium Collectio, ¹ eo conducit, quo de singulis partibus, plene sumus instructi, ² quando occasio, in his specialibus, ³ aut singularibus ⁴ se exercendi, affulget.

1. Iterum commendo unum praecipue manualementem, & unum pleniorem Systematicum librum rite conscriptum e. g. in servitutibus, contractibus in univ. & singulis &c. pro recursum, si semper haberi queat. Alias ex generalibus hauriendum. Adeundi hic *Bibliothecarii*, ex quibus seligendum.

2. Summa autem cura res in libris aut Iurium deductionibus tractaturi, omnibus fere, quaecunque tandem de re aliqua conscripta, aut cum ea, affinitate juncta sunt, opus habent. Requirimus enim hodie, in tanto scriptorum numero, majorem diligentiam.

3. *Specialis*, aut singularis librorum collectio, interdum generali, magis necessaria e. g. in speciali, iis qui judiciis Cambialibus, aut metallicis sunt admoti. In *singulari* his, quorum est, causas in provincia e. g. Austria obvientes, sententia dirimere.

4. Pro *singularibus* optarem ego, ubi libet Iura specialia, ita in Systema esse redacta, uti id certo modo WERNHERUS, inde plenius SCHAUMBURGIUS & HANACCIUS in Saxonia, Introductionibus specialibus conscriptis, egerunt.

§. 9.

III. *Subsidiarios* dicimus, qui licet rem saepe conficiant, ¹ non tamen semper, molis aut aliarum rationum causa, ² ad manus esse possunt.

1. Dantur inter eos aliqui *quotidiani* & minoris molis, unde etiam rerum quotidianarum titulus, quibusdam libris praefixus. Huc refer fontes, quorum usus subsidiarius, & tamen quotidianus.

2. Sunt alii, quorum forte, non nisi singulis semestribus, usus est, ab illis probe discernendi. Eo referre licet e. g. Leges antiquatas.

§. 10.

Ad subsidiarios ¹ refero (1) *fontes* Legum, cum illustramentis, ab obsoletis Iuribus, aut exteris petendis, (2) *Acta Publica*, (3) *Diplomatum Collectio-nes*, (4) *Lexica Iuris*, (5) *Consilia & Responsa*, &c. (6) *Observationes ac Epistolas eruditorum*, (7) *Disputationes ac Deductiones*, (8) *Opera Iuris varia*.²

1. Non do omnia; Intelligentur enim aliqua ex iis, quae in *Methodo*, de praecognitis ac adminiculis dixi.

2. Quia vidi, de subsidiariis scripto-

ribus, nondum aliquid, in forma, quam artis vocant, dictum esse, brevibus hic subsistam amplius, & periculum faciam.

§. II.

(I.) *Fontes Legum principales*, (de secundariis enim postea,) praecipue Bibliotheca continere debet, (α) tam Romanos, quam Canonicos, & itidem Germanicos, cum Praeclis. (β)

α. Necessarium omnino, adire fontes, & tutius ex illis hauritur, nec hodie in illis, ubi Leges habentur, sufficit, si ad Glossam, aut Doctores, probationis causa provoces.

β. Habentur vero fontium, & Compendia, & editiones manuales, & moles maiores, & fontium expositiones.

§. 12.

(a) *Fontes legum Romanarum*, sunt in Corpore Iuris Iustiniani, (Meth. §. LIX.) quorum & varii¹ libri manuales² dantur, ³ & Editiones plurimae, in extenso, glossatae, ac non glossatae.⁴

1. Totius Iuris Romani Legum, Extractus dedit, cum CORPUS LEGUM, (Meth. §. LV.) tum *Iohannes DOMAT* in Legum delectu, ex libris Digestorum & Codicis, ex edit. secunda Amstel. 1703. 4. Censur.

2. Latius hic versatus jam olim erat, *Franciscus GRATIANUS DE GARZATORIBUS*, in Instit. Iuris Civilis, enucleato Iure. Venet. 1575. 4. & totius Corporis, in Compendio Iuris Civilis enucleati. Vicent. 1579. fol. Commendandus Ictus litteratissimus, sed nonnunquam, verba Legum, non integre referens.

3. Oeconomicorum in, totum Ius, qui brevius his versantur, (Meth. §. LVI.)

optimus foret *Hubertus GIPHANIUS*, Oeconomia Iuris. Argent. 1612. 4. modo Novellas adididisset. Sed facile ei, non male jungeretur, *Henrici AGYLAEI*, ad ea, quae in Novellis Iustiniani Constitutionibus, Ius Civile attingunt, liber singularis. Colon. 1559. 8. Nec *Matth. WESENBECII* Oeconomia, ex optima ed. Paris 1573. 8. spernenda, omnia, & Ius Canonum simul complexa.

4. De Editionibus Corporis I. Civ. diximus. Glossati optima, Colon. Allobr. 1620. VI. Vol. fol. curata. Nec negligendus, *Pardulphi PRATEII* typus, V. Vol. Lugd. 1562. fol. Ratio in Praef. Corp. Legum §. 3.

§. 13.

(b) *Fontes Legum Canoniarum*, sunt itidem, in Corpore Iuris Canonici, (Meth. §. LVIII.) & tam brevius,¹ quam in omni sua latitudine,² proponuntur.³

1. Dixi de *WESENBECIO* (§. praec.) & Institutionibus *LANCELLOTTI*. (Meth. §. LVIII.)

2. De Corporis Editionibus (d. §.

LVIII.)

3. Per Indices totum Iuris Canonici signis est usus, una cum Indicibus Editionum ambitum proposuit P. *Wenceslaus STEIGER*, Norimb. 1708. fol. qui liber in-

§. 14.

(c) *Iuris Germanici* privati Corpus non est, (*Meth.* §. LXIV.) sed Leges generales, Speculis insertae. ¹ Reliqua, ex Recessibus Imperii, ² recens plenius editis, ³ & alias varie illustratis, ⁴ & fontibus quarumque regionum discenda, ⁵ tam in Iure privato, quam feudali, ac publico. ⁶

1. Specula fuere utique Leges Generales, unde iis attendendum. (*App.* III. §. XLIII. seqq.)

2. Recessuum Imperii Breviculum in dem *Fürken Begriff derer Reichs- Abschiede* ANONYMI *Regensp.* 1720. 8. Latiores Extractus MEURERI, *pr.* novae edit. Recessuum Imp. 1747.

3. De Editione Recessuum nova dictum. (*Meth.* §. LXXIV.)

4. In eos commentatus ordine Alphabetico *Franc. Frid.* ABANDLER in Corp. Constit. Imperial. Francofurti 1700. III.

Vol. fol. De *Michaële GRASSO.* (*Meth.* §. LXXIV.)

5. Inter *Leges Provinciarum*, eminent Brandenburgicae, de reliquis STRUV. *Bibl. Iur. c. V. HOEMANN* *Bibl. Iur. S.* 4. cap. 1. Subsidia explicationis subministrat de WESTPHALEN in *Tr. de Iur. R. & Germ. distinctae tract. origine* p. 9. sqq. de *Iur. Rom. indole.* p. 12. sqq. & eius *praefationibus* Scriptorum Megapolitanorum.

6. Iuris Publici fontium Collectiones, (§. LXXVI.) feudalis. (§. LXXII. in *Meth.*)

§. 15.

(d) Praxeos fontium habemus, in antiquis, *die Richtstiege*, ¹ in novis, *Decretales*, ² una cum ordinationibus ³ Iudicii Aulici, ⁴ Cameralis, Ordinatione Criminali, Recessu Imperii Novissimo, & ordinationibus provinciarum. ⁵

1. *Derer Richtstiege* optima editio huc usque LUDOVICIANA, post Proc. Iur. feudalis.

2. Decretalium L. II. & aliqua quinti huc spectant. *Comment.* KLING. ZAN-GER.

3. Leges Imperii extant in Corpore Recessuum. Cameralium vero, Collectio specialis est, in Corpore Iuris WINCKLE-

RIANO *Wetzl.* 1717. fol. (LUDOLFFI *Procuratoris*,) & G. M. DE LUDOLFF. *Francof.* 1724. fol. utili Instituto.

4. Fontes Iudicii Aulici speciales, usque huc collecti non sunt, excepto eo, quod post VFFENBACHIUM, in Proc. Iud. Aul. & in SCHMAUSII Corpore Iuris Publici, extat.

5. Ordinationes Provinciarum Processuales, in GISEBERTI Periculo Statutorum Indice, & WERLHOF. Iur. Germ. enucl. Spec. II. partim recensentur, ac KNORRIO in Proc. memorantur.

§. 16.

Fontes secundarios, i. e. Illustramenta fontium, ab obsoletis Legibus, ¹ Canonibus, ² & ³ Decretalibus, ³ Germanicis placitis, ⁴ antiquis, aut exteris petenda, hic addo, ⁵ quae itidem, in secundo fontium ordine, ad manus esse convenit, solidae Iurisprudentiae perito. ⁶

1. Dixi de Iurisprudentia Romana AnteuJustiniana, & Byzantina, eiusque usu, in Iure Romano. (Meth. §. XLVIII.)

2. In Canonibus etiam, sunt fontes obsoleti, Decretum REGINONIS, IVONIS, BURCHARDI, ANSELMII, DEUSDEDIT, & alia. MASTRICH in Hist. Iur. Can. p. 263. sqq.

3. Decretalium BERNARDI Circa, ALEXANDRI II. & reliquorum, apud Ant. AUGUSTINUM, in Antiquis Collectionibus Decretalium, nec minus CIRONII, atque recens cum Corpore Iuris BOEHMERIANO. Ib. p. 157. 363. sqq. & ex inspectione BOEHMERI.

4. In Iure Germanico, Leges antiquae

Germanorum, in solo Romano conditae. (Append. III. §. XLI.)

5. Legum & illustramentorum, ab exteris, originis Germanicae, pro fontibus petendorum, Specimen, in LUDEWIG Tr. von Mängeln und Verbesserung des Deutschen Lehnrechts, in denen kleinen Schriften. SENCKENBERG. Prodr. Iur. feud. c. 2. §. 4. WESTPHAL. de Iur. R. indole. p. 3. sqq. Plenissime & practice DREYER de usu genuino Iur. Anglo-Saxonici, in Cimbrico Kil. 1747. 4.

6. His ergo omnibus Bibliotheca itidem instructa sit, oportet, pro fontibus rectius indagandis.

§. 17.

(2) *Acta Publica, ¹ partim ad generalia spectant, partim ad specialia, certarum regionum ac causarum, & praesertim ultima, in intellectu negotii, maximum afferunt usum. ²*

1. Actorum Publicorum usum theoretice, primus egregie demonstravit, I. H. BOECLERUS Dissert. Vol. I. Comment. XIX. Comparatio Historicorum Commentariorum, qui Acta hodie vocantur, cum contexta Historia. p. 655.

2. Index Actorum Publicorum BUNAVIANUS & Moeno Francofurtensis Bibliothecae, de qua & RACHEL in ot. Novionag. p. 208. sqq. Adde Catal. GOLDASTI Francof. 1640. 4. impressum.

§. 18.

Acta Publica *generalia*, ferius iusto edi coeperunt; ¹ imo ne quidem antehac satis conservata; ² hodie autem, in tanta copia ³ tamen laboramus.

1. Prima fere Actorum Publicorum Collectio illa est, quae de Actis Comitiorum 1495. facta. (*Append VI. §. XXXIII.* Inde foederis Suevici, *Abchied des gemeinen Bundes, Versamlungs, Tage, so auf Cathedra Petri, das ist auf den zwen und zwanzigsten Tag Februarii, anno &c. XXX. XXXII. XXXIII. gen Augsburg fürgenommen worden ist.* Fol. Inde *Ortuinus GRATIUS* fasciculum rerum expetendarum & fugiendarum Col. 1535. fol. postea in Anglia re-

cusum, dedit, pro futuro Concilio, reliquis Exemplo futurus, in generalibus.

2. De negligentia in conservando *praef.* Epistolica ad Recessus Imperii. *BUDER* praef. ad *Stoll. hist. der Jurist. Gelehrtheit.* *GOLDASTUS & HORTLEDERUS* autem ac *LONDORPIUS*, praecipue, quomodo Acta Publica colligenda sint, ostenderunt. Eorum Opera *STRUV.* in *Bibl. Iur. Publ.* recensuit.

3. Defectus *Append. VI.* indicavimus, §. XLIV.

§. 19.

Collectores generales, aut *totum orbem* instruunt in genere & specie, ¹ aut *Germaniam* generatim, aut *certos tantum temporum articulos* sibi sumserunt, aut ad *nova* sui temporis, vel *specialia tantum* respexerunt. ²

1. Collectio totius orbis amplissima, *Corps Diplomatique Vniversel*, par *Jacques DU MONT*, continué par *ROUSSET & BARBEYRAC* XV. Vol. Institutum *SIRI*, *Mercurio*, & *Memorie Recondite*, *Diarii Europaei*, *Lamberti*, *Roussel*, *Europ. fama*, *LUNIGII Acta Ceremonialia*, & mentio habenda *similium librorum*.

2. *Germaniae* generatim intenti sunt, *GOLDASTUS* in *Constitutionibus Lat. & Germanicis*, sive *Reichs, Satzungen und Reichs, Handlungen*, *Politiciis latinis ac Germanicis*, sive *Politischen Reichs, Händlen.* *LUNIGIUS* in *dem Reichs, Archiv* XXIV. *Tomis* in fol. cum *Indice & II. Tomis Additionum.* *LEIBNITIUS* in *Cod. Iur. Gent. Dipl. aliique.*

§. 20.

Qui *certos tantum temporis articulos*, generatim illustrandos sibi sumserunt, praecipue respexerunt, ad facta maxime illustria, ¹ & quia uni soli rei singulari, ut *Concilio cuidam*, ² *Paci*, ³ *foederi*, ⁴ tantum dediti, plus studii ei dare potuerunt.

1. Actorum Conciliorum, & Regestorum Pontificiorum, Collectiones antiquissimae, ut & Epistolarum Regiarum Germaniae, (Contule *Append. III. §. XLIV.*) quae ultimae tamen, ut plurimum latent. Priora extant in *Actis Conciliorum*.

2. Collectiones Actorum Conciliorum separatae antiquissimae, Constantiensis, Basileensis, Pisani, novae, Tridentini, à Variis factae.

3. Collectiones Actorum Pacis, Regionum Europae concernentium, LEONARDI, & aliorum, ante DU MONTIUM & ROUSSETUM.

4. STRUVII Epist. de edendo Pacis foederumque theatro; & de reliquis omnibus. STRUV *Bibl. Iur. c. XVI. §. 6. p. 586. sqq.*

§. 21.

*Germaniae*¹, eiusque certis actibus in describendis Comitibus,² & gestis,³ tempore XVI.⁴ & XVII. Seculi celebratis,⁵ recentioribus,⁶ inde etiam Pacis Westphalicae actis, tributis id genus libelli,⁷ summum, in explicandis Legibus Imperii, usum habent.

1. Adde ea, quae diximus, in praefat. Epistolica, ad novam Recensuum Imperii editionem. Antiquiora non nulla tempora, sibi sumit *Ioh. Ioach. MÜLLER Reichs-Tage: Theatro unter Frid. III. & Maximil. I. fol. ut & in dem Reichs-Tage: Staat* 4. nec non *Historie der Evangelischen Stände Protestation.* 4.

2. Acta Comitiorum Augustanorum CIO IO XXX. COELESTINUS, CHYTRAEUS, SALIG in *Hist. August. Confess.* dederunt. Quo & KAPPII scripta vom Ublast, & CYPRIANI varia spectant.

3. HORTLEDER von denen Ursachen des Teutschen Kriegs II. Vol. fol. res narrat Sec. XVI. ab anno 1518. usque ad abdicat. Caroli V. Hic omnibus Collectoribus adhuc hodie palmam praeripit.

4. Pacis Passaviensis Acta dedere *Christ. LEHMANNUS*, in *Actis Pacis Religiolae, & Franc. BURCARDUS*, in *Autonomia*, cum reliquis de Pace Rel.

5. Anteriorum, & sequiorum temporum, non nisi particulae impressae, cum alibi; tum in SENCKENBERG. libro, *Samlung* dicto.

6. Succedit LONDORPII sui temporis Collectio, ab aliis continuata, usque ad ann. 1691. cum Suppl. MEYERI & THUCELII.

7. Pacis Westphalicae Acta MEYERIANA, cum eo spectantibus summe utilia, ut & reliqua Pacium, Coronationum, Capitulationum Acta.

§. 22.

Ad nova sui temporis tantum respiciunt ii, qui hos secuti sunt,¹ & uti eorum ingens utilitas, ita plerumque etiam est, quod cuique vel a festinatione, vel a defectu, delectus imputetur. Maximi compendii sunt, acta novissima.³

1. Inter eos eminent, FABER s. LEUCHTIUS, KOENIGIUS ac MOSERUS. Reliquos vide in *Bibliothecis Iuridicis*.

2. Viri diligentissimi MOSERI, eiusque filii, omnes superat industria, & uti-

le est Institutum Archivii Status singulorum annorum 1751. coeptum, Eiusdem Collectionis Deductionum & alia.

3. Is etiam ostendit, quis actorum publicorum novissimorum, sit usus. (*Meth.* §. LXXXVIII.)

§. 23.

Ad specialia pertinent ii, qui aut Circularum, ¹ aut Provinciarum Recessus ² atque Acta Publica ³ dederunt, instituto iis, qui Imperii res, vel Provincias colunt, aut iis praesunt, summe necessario. ⁴

1. MOSERI Acta Circularia hucusque edita, hoc genus Iuris Publici, hactenus fere neglectum, illustrarunt.

2. Collectiones LUNIGII von dem Landsässigen Adel, Corpus Iuris militaris, feudalis, & alia scripta huc spectant.

3. Collectionibus MOSERIANIS von denen Staaten des Teutschen Reichs, semper Acta Publica Provinciarum insunt.

4. *Collectiones Recessuum & privilegiorum*, v. g. Bavariae, Austriae, Saxoniae, Frisiae Orientalis &c.

§. 24.

(3) *Diplomatium Collectiones*, insignis plane in re Germanica usus sunt, & tam de designationibus Diplomatium, ¹ quam etiam Scriptoribus, ² qui ea dederunt, nos sollicitos esse, convenit. ³

1. Quoad designationes, vide eruditissimi C. G. BUDERI Bibliothecam Diplomaticam, Opusc. p. 678. & GEORGISCH Regesta III. Vol. edita. (§. *Meth.* XLII.)

2. De Collectionum Diplomaticarum Collectorum designatione dictum *Ib.*

3. Memorandum itidem DN. DE BU-NAU & MASCOVII, viri summi, Institutum, qui in Historiis suis Germanicis, singula Imperatorum Diplomata designarunt, quod & KREYSIG in Saxonicis suscepit.

§. 25.

(4) Lexica Iuris, ¹ vel (a) referenda ad verborum Iuris explicationem nudam, vel (b) ad Explicationem rerum practicarum, Iuris Romani & Canonici, vel (c) Rerum Germanicarum privatarum, feudaliu, publicarum, vel (d) ad aliquas tantum particulas. Et usum suum habent, si quis in subsidium saltem utatur. ²

1. Omnia haud destituuntur utilitate, sed non omnes Lexicographi, iisdem rebus apti sunt, unde distinctio instituenda.

2. In subsidium iis utendum, non enim omnis in iis eruditio collocanda, ut eo, defectus studiorum causa, recurramus.

§. 26.

§. 26.

(a) Eorum, qui ad verborum Explicationem pertinent, sunt, aut castae latinitatis,¹ aut barbarae, aut Germanici,² utcunque demum,⁴ vel Gallici sermonis³ aliqui, quibus omnibus egemus.

1. Castae latinitatis ii sunt, qui de Verborum significatione, Iuris titulum expenderunt; inter quos praecipue triga viro- rum Editorum, ALCIATUS, BRECH- AEUS, FORNERIUS, nominanda, quo- rum Commentationes junctim prodierunt Lugduni 1589. fol. Adde PRATEII, & postea variorum, 1589. 8. Genevae im- pressum Lexicon, BRISSONIUM de Verb. signif. ab Heineccio ultimo editum, *Iac. SPIGELIUM*, *SCHARDIUM*, (apud quos & Germanica interspersa invenies) *Ioh. CALVINUM* in Lexico, *STRAUCH* Lexicon Particularum Iuris, *RICHTER* de significatione Adverbiorum, & alios quosdam.

2. Latino Barbara Glossaria sunt vetera *IOHANNIS* de Ianua, & alia, (*Meth* §. XXXII.) & novum *DU CANGII*, nuper Paris. auctius. VI. Vol. emissum,

Venetiis recusum, cui tamen multae quo- que res, praeter verba insunt.

3. De Germanico *SCHILTNERI* & aliis. (*Meth* §. XXVIII.) Hic adjiciendum, multum etiam in exemplis, & monumentis, speciminis causa adductis, quem depren- hensurum esse, quod non ad sola verba spectet.

4. Dicendum de *STRUVII Sammlung unterschiedlicher Deutschen Wörter und Redensarten, in Alphabetischer Ordnung* Hamb. 1748. 4. *RICHEY* Idiomatico Ham- burg. &c. Verbo moneo, etiam addenda Lexica feudalia *LOCCENII*, *HOTO- MANNI*, *SCHRAGII* post *BITSCHI- UM* in Indice, &c. mera Germanica con- tinentia.

5. De Gallico Dictionario universali *Trevoltienti*, VI. Vol. optime Nanceji 1740. cum Tomo separato Supplemento- rum. Vbi & Iuridica.

§. 27.

(b) Quae ad explicationem rerum Iuris Romani, aut Canonici, practi- cam spectant, vel (a) regulas, & aphorismos tantum suppeditant, vel (b) in- tegras etiam rerum descriptiones, & alia eo pertinentia.

a. Cogita de Clausulis, communibus Conclusionibus, s. receptis sententiis, A- phorismis imprimis *Simonis Vaz BARBO- SAE*, & deinde *Augustini BARBOSAE*, his a *TABORE* & *STRYCKIO* locuple- tioribus redditis, *NICOLAI* & *GOL- DASTI* Regularum Iuris Collectione Al- phabetica, *AZONIS* Brocardicis, *MAN- ZII* specialibus Iuris, ob quae a Iuris

communis Regulis receditur, *ROESE- NERI* & *BECHTOLDI* Locis communi- bus, sive Iuris Univerfi Sylloge, cui si- mul Bibliotheca accessit, *AUTHAEI* A- phorismis, *Thomae DE THOMASETTIS* Floribus Legum, *Iohannis FICHARDI* Receptorum Sententiarum Collectione II. Voluminibus, fol. & similibus.

β. Integras rerum descriptiones & explicationes continentium ingens numerus. Incipiamus a BERTACHINI Repertorio IV. Vol. fol. & nominemus Card. TUSCHUM, librum egregium, si quis iudicium afferat, in Conclusionibus Practicis IX. Vol. fol. REIGERI thesaurum, DE CASTEION Alphabetum Iuridicum, SABELLI summam diverforum Tractatum cum Resolutionibus III. Vol. fol. RANCHINI Decisiones, SPEIDELII

Syllogen diverfarum quaestionum II. Vol. BERTOCHII Promtuarium Iuris Practicum librum portatilem III. Voluminum 8. & non dicamus reliquos. At monendum simul, vicem hujuscemodi librorum quodammodo tenere, magnorum Voluminum juncta Repertoria, uti Consiliorum MENOCHII, MOLLERI Repertorium Carpzovianum, Indicem Voluminum COTHMANNI, STRYCKII, &c. quibus tota fere Iuris materia exhausta.

§. 28.

(c) *Rerum Germaniae* ¹ *privatarum, feudaliū, publicarum*, ² sunt egregia Lexica, ³ reliquis tamen pauciora.

1. Computo hic BESOLDI Thesaurum Practicum, cum notatoribus *Speidelio* & *Diethero*, *Frischio* II. Vol. fol., *Geiero*, ultimo separatim edito. WEHNERI & RUDIGERI observationes practicas, illas auctas à *Schiltero*. SPEIDELII Notabilium tomos duos. C. add. *Dietherri*. Indices GYLMANNIANOS, S. *Lud. Gilhausen*, is enim Gylmannus est (a) Tomo III. Symphorem. & V. in fine, & ANDLERI Corpus Constitutionum III. Vol. fol.

2. Novum Repertorium BUDERIANUM Iuris publ. & feudalis, & HELFELDIANUM Iuris privati Gerin. una cum HEMPELII utroque Repertorio Iuris Publ. in 4. Iuris priv. fol. itidem huc referam.

3. Lexicographi Iuris Batavici *Eduard von ZURCK* Codex Batavus, auctus per *van der SCHELLING*. Rotterdam 1738. 4. & *Johann SCHRAEFFERT* Codex Gellero-Zutphanicus. Harderwyck 1740. 4. itidem huc referantur, egregia quaque pro Iuribus patriis continentes.

(a) Ingens in Bibliotheca Camerali Pseudonymiana, quae etiam B. LUDOLFFI ingenium exercuit quaestio, est quis GYLMANNUS, homo non illaudatus fuerit. Sed tandem paruit, hunc esse *Lud. Gilhausen* celebrem Iuris Consultum, cujus nomen, in Institutiones Commentario, minime spernendo, 1606. 4. emissio praefixum erat, quem postea ibidem 1610. 4. praefixo *Adriani GYLMANNI* nomine ediderunt, unde verum nomen patet. Ita quidem opinor, cum *Gilhusii* nomini, Gylmannianum satis respondeat. Sed tamen res nondum certa est, per ea quae dixit eruditissimus *GEBAUERUS*, Ord. Instit. Proleg. p. 40. Et solebant tum Bibliopolae, saepe nova & falsa nomina effingere, quo liber bis emeretur. Exemplum in praef. novae edit. Comment. Sytematicae LUDOLFFIANAE, ab Editore allatum, ubi FABRITIUS & FORSTERUS unus idemque sunt. Adderem WINEUM & alios si vacaret.

§. 29.

(5) *Consilia, ac Responso, & Decisiones* varii generis emissa. ¹ Et tantus numerus est, ² ut solum in generales & speciales, ut & singulares, Di-

cafteriorum, Provinciarum, ac Regnorum, ³ difcerpi queant. ⁴ Imo totam Bibliothecam iis abfolvere liceret.

1. Recenfentur in *Bibliothecis* Iuris, praeprimis apud LIPENIUM. Nec facile aliquis celebriorum ICTorum fuit, qui non oliam Confilia, Refponfa, aut Decifiones confcriberet.

2. Ego recentiores praefero, fed antiquiores, inprimis celeberrimos, pro Iure Publico non negligendos fuafirim.

3. *Germanos* vero, licet *Italıs* de Regula anteponomam, tamen Status Italiae, ac Ger-

maniae Publicus, ufque ad Seculum XVI. adultum, Itatorum lectionem pofcit.

4. Pro Iure Publico, in Germania, omnino neceffarii ii, qui Seculum XVI. ufque ad medium Seculi XVII. fcripferunt *Germani*, cum Statibus non aequè verfati, ac hodie, effent Confiliarii, & femper graviore res, ad Facultates mitterentur.

5. *Gallorum* decifa plus valent quam Confilia, cum quandoque ii, praxi non fe admodum dederint, qui ea reliquerunt.

§. 30.

Generales, Confiliorum ac Refponforum Scriptores, alicujus notae, recenfebimus, Italos, ¹ Gallos, ² Germanos, ³ fed remittendo ad Bibliothecas & carptim.

1. Ex *Italıs* praeferrem BALDUM utrumque, MENOCHIUM, NATTAM, PEREGRINUM, BEROIUM, *Stephani* GRATIANI Difceptationes, cum Addit. DE LUCA, *Cardinalem* DE LUCA in Theatro Veritatis & Iuftitiae, *Alexandrum* RAUDENSEM, *Guern.* PISONEM *Soacium*, omnes fere, aut acutiffimos, aut copiofiffimos. Et quis omnes?

2. *Gallorum* MOLINAEUM, BÖERIUM & *Guidonem* PAPAE, probarem, atque praeferrem.

3. *Germanorum* Confilia ZASII, *Nicolai Senioris, Junioris*, ac *Georgii* EVERHARDORUM, FICHARDI, SCHRADERI, *Matthaei & Petri* WESENBECHII, STUCKII, (a) COTHMANNI, VULTEII, *Argentinenfıs*, TUBINGENSIA BESOLDI, HARPRECHTORUM & NOVA MODESTINI PISTORIS, CARPZOVII, *Halenfıs* LUDEWIGII ac BOEHMERI, ex defunctorum numero, praecipue probarem. Vivos laudatos volo, felectos nolo.

(a) *Iob.* STUCKIUM ego maximi facio, ob fingularem eruditionem illius. Confilia edita Breae 1686. fol. fed & Difputationes 1625. & 1686. Helmftadii 4. editae novem, lectu dignae. Is enim primus iura fuffefforum & obligationem in territoriis, nec non Regalium materiem, in Germania, novq more expofuit, & reliquis omnibus Exemplo praevit. Non ita nota illius Confilia, uti id effe merebantur. Et funt illius plura, e. g. Difputatio de Majeftate, & de Eminentia & Iuribus Principum Germaniae junctim editae Helmft. 1675. 4. Vide LIPENIUM in Indice. Major tamen omnino in Iure Publico, pro ratione temporis, quam Civili.

§. 31.

Definitionum & Decisionum Scriptores Italos, ¹ Gallos, ² Hispanos, ³ Germanos non nullos mihi probatos, ⁴ ex tanto numero feligam, iterum reliquos Bibliothecariis committens.

1. *Italorum* Decisiones, Consiliis meliores, cum plus hic iudicio relictum sit. DECISIONES ROTAE multa bona continentes, ut maximum opus ad. L. Volumina fol. excurrans, non advoco. *Aloysium* RICCIUM, MANTICAM, PERRINUM, FACHINAEUM, iterum *Alexandrum* RAUDENSEM, *Matthiam* DE AFFLICTIS, cum *Antonio* FABRO in Codice Sabaudico, THESAURUM, PUTTEUM, DE FRANCHIS, praecipue laudans.

2. *Gallorum* PAPAE, PAPONIUM, BÖERIUM, CORASIVM, LUCII, ROBERTI, AERODII, & DES MAISONS

Artets, nec non *Gayot* DE PITAVALL causes celebres, commendo.

3. *Hispanos* do heroo meum VALASCUM, COVARUVIAM cum DE FARIA Additionibus, GOMESIUM, PARLADOR, UTRIGUYTI.

4. *Germanorum* Relationes ac Decisiones quascunque Camerales, inprimis novissimum Symphorema & Observationes LUDOLFFI, inde CHRISTINAEUM, (cum Additionibus REINHARTI,) GRIVELLUM, NEOSTADIUM, tres Belgas aut Burgundos, BERLICHIVM, CARPZOVIUM, A SANDE, Belgam, & MEVIUM inprimis, Fabri imitatorem felicissimum, cum LYNCKERO.

§. 32.

Speciales ¹ id genus Scriptores jungam. ² Et sunt sane Decisiones Iuris Canonici, Matrimoniales, Cambiales, Criminales, Feudales, de Mercatura, Substitutionum, Contractuum, Testamentariae, Successionum ab intestato, aliaeque.

1. Itali a pluribus annis consueverunt, recentioribus librorum Editionibus, e. g. de Emphyteosi, decisiones id genus materiarum subjicere.

2. Et in Germania multae speciales Decisiones emissae, cum Consiliis ac Responsis specialibus; mihi sufficere generatim hic notasse, quomodo distingui queant.

§. 33.

Dicasteriorum, Provinciarum, ac Regnorum singulares exterae Consultationes, Discussiones ac Decisiones, partim jam simul adductae, nostra illustrent; ¹ pro Provinciis autem Germaniae latae ac emissae, ² inprimis profunt. ³

1. Iuri Germanico inserviunt simul ii libri, qui in terris Germaniae olim parentibus, aut a Gentibus originis Germanicae, Publici Iuris redditi.
2. Germanicorum dedi Specimina in *Prodromo Iuris Feud. Cap. VII. per tot.*
3. In *Consilii Aulici* Sententiis ac Decisionibus paucis impressis, ut & *Camera-libus*, ad quascunque fere Germaniae Provincias pertinentia deprehenduntur.

§. 34.

(6) Ad *Observationes* Eruditorum refero, omnes illos libros, ubi singulares Quaestiones, Meditationes, Observationes, Scripta eristica, & alia hujuscemodi occurrunt, quocunque demum vocentur nomine.

1. Pertinent alii, ad solum Ius Romanum, aut Canonicum, alii, ad elegantiora tantum, alii, ad Praxin, alii, ad utrumque.
2. Rursus sunt, qui Iura Germanica publica, feudalia, privata, aut solum eleganti, aut tantum practico modo sequuntur. De Explicationibus proverbiorum Iur. Germ. in HERTIO, MATHAEI, PISTORIO, ANONYMO in *Grundsätzen derer teutschen Rechte in Sprichwörtern. Helmst. 1745. 4.*
3. Multi mixtim procedunt, & eos cum reliqua suppellectile apud *Bibliothecarios* inquiri velim. Propono tantum GUNDLINGII *Observationes à nomine dictas, otia, & nomini observationum generali relictas, I. W. HOFMANNI, & BUDE-RI Amoenitates, Feudales ac Publicas, nec non D. G. STRUBEN Nebenstunden, III. Tom. in Exemplum egregiae operae.*
4. Elegans institutum *Halensium, Hannoveranarum & Brunsvicensium Novellarum*, quibus elegantissimae quaeque breves observationes insertae. Nec enim de omnibus, librum componere libet aut licet.

§. 35.

De *Epistolis & Ephemeridibus* Eruditorum id asserendum, non nunquam inde, aliqua excerpti cogitata, aut notitias, quae alias in libris non inveniuntur, nec ea proferantur libertate, & maxime certae, inde non nunquam eruuntur, probationes.

1. Dixi aliqua (*Meth. §. 96.*) Et sunt mihi MSStae Epistolae BOYNEBURGII, FORSTNERI, PORTNERI, ex quibus, in Iure Publico, optima quaeque disci possunt. Adde id, quod *Christoph. WOLFFIUS*, de Apparatu suo Epistolico, in *Conspectu Thesauri* consignaverat.
2. Ephemerides FORSTNERIANAE & BOYNEBURGIANAE, nec non *Seb. SCHERTELI*, non illius quidem eruditi, MStae, in manibus meis versantur, & hinc summus in Publicis Iuribus fructus. Quod etiam alii in Historicis, de libris, qui *Memoires* dicuntur, censuerunt, hic Publicis Iuribus applicandum.

§. 36.

(7) *Disputationes ac Deductiones*, ¹ singularium observationum loco sunt, in omnibus fere instruente sigillatim, & optima rerum monumenta, probationis loco adducta, ² & disputatione fori, in deductionibus certa quodammodo reddita, ³ sitientes.

1. Aliqua in *Methodo* passim & §. 94. ubi Bibliotheca Deductionum LUNIGIO-IAENICHIANA commendata. Supplementa ingentia paravit Dn. *ab Ebner* Iunior. In usu recurre hic ad BUDERI Praefat. *Stollii Historie der Jurist. Gelehrtheit* praemissam.

2. In Disputationibus tantisper succurret Bibliotheca LIPENIANA, cum supplementis *Iaenichii & Balthasaris*.

3. Optanda Bibliotheca Deductionum, Disputationum ac Observationum realis specifica, cum iudiciis.

§. 37.

(8) Ad *Opera Iuris* ¹ pertinent, cum (a) ingentes *Tractatum ac Thesaurorum*, tum (b) *Operum omnium*, alicujus eruditorum, *Collectiones*, ² tum (c) *Disputationes unius auctoris*, aut (d) *variorum junctim editae*. (e) *Deductiones aut plures, aut unius materiei, in compagem collectae*.

1. Vsum praestant saepe summum id genus *Collectiones*. Interim & abusus committitur, si selectus desit.

2. Multorum omnia opera emi merentur, aliquorum pauca tantum. Plurimum

ne unicum quidem. Mihi tamen semper placuit illud HORATIANUM:

Verum ubi plura nitent in Carmine non ego paucis,

*Offendar maculis, quae aut incuria fudit,
Et ut humana parum cavit natura.*

§. 38.

(a) *Tractatum ac Thesaurorum Collectiones* maximae, ita optime adornantur, ut per totum Ius, aut ejus partes ¹, certo ordine decurrant, ² & minuta tantum scripta, ³ aut majorum maxime rara conservent. ⁴

1. *Collectio Tractatus Tractatumum*, si ve *Oceani Iuris XXVII. Vol. de quo in Notitia librorum BEYERI ab Hommelio aucta*.

2. Admodum utile, *Repetitionum Iuris, Institutum*, ubi minuti tractatus, ad totum ambitum, secundum seriem Legum & Canonum, collecti. Vtor *Repetit. Iur. Ca-*

non. V. Vol. Venet. 1587. fol. & *Iuris Civilis cum Ind. X. Vol. 1535. fol. Lugduni, & saepius etiam VIII. tantum Tomis impresso opere. Vel hodie Exemplo futuro.*

3. OTTONIS novi & MEERMANNI thesauri, compendia plura quam naevi.

Interest, semper optimas inferi editiones, & differentias editionum simul indicari. *ridica complexum, ex specimine, 1734. 8. edito, intelligetur. Conf. Append. Prodromi mei Iur. Feud. I. Desiderata NOLTENII & aliorum.*

4. Thesauri rerum Germanicarum TREVERIANI institutum, etiam Iu-

ridica complexum, ex specimine, 1734. 8. edito, intelligetur. Conf. Append. Prodromi mei Iur. Feud. I. Desiderata NOLTENII & aliorum.

§. 39.

(b) *Operum* omnium eruditi alicujus collectiones, in Iure, ita antiquae non sunt, ¹ & ad minuta tantum pertinere debent, ² magnusve hac in re abusus, ³ praesertim si quis praeter Iura, multa adhuc alia excoluerit, plane iis nec conjuncta nec affinia.

1. Cujus demum Opera primum junctim edita in Iure, ego extricare non potui. Statores hujus consilii, Gallos typothetas, existimo.

2. Remitto ad *Bibliothecarios*, sed eum qui omnia dicit, etiam cuncta & optime colligere debere monco, ne id accidat, quod e. g. KNICHENII Sen. Operibus sa-

ne utilibus. Hanov. 1613, fol. quibus multa desunt; aut aliis, quibus non optimae insertae editiones, aut eae, haud satis inter se collatae. Exempl. in Operibus *Petri PECKII* Antwerp. 1679. fol.

3. *CORTREII* Operibus contigit, ut inter ea darentur multa, quae quidem ad Cortrejum plane non spectabant.

§. 40.

Sunt multa Ictorum Opera, sine omni ratione collecta; ¹ aliqua quae colligi merentur, neque tamen id haecenus fieri potuit, ² aut eruditorum, aut Bibliopolarum inertia obstantibus. Alia tantum seligenda. ³

1. Praeter rationem collecta, e. g. *GO-CLENII* & alia opera. Et multis sine omni damno orbis erat cariturus, etiam recentioribus.

2. Praecipue, *PEUTINGERI*, & *REUCHLINI* Opuscula historica ac Iuridica, *Johannis Christophori BESOLDI*, non illa quidem semper satis judicii, uberrimam tamen rerum cognitionem pandentia, *BOETII EPONIS*, *Marquardi FREHERI*, *Joh. Thomae CLUDII*, Icti solide docti,

ex recentioribus, doctoris quondam & amicitiae meae juncti, *Hermannii Detmari GROLLMANNI* Opuscula colligi merentur, egregia Iuris Civilis sistentia. Multaque alia.

3. Aliqua ideo non colligenda, quia autores saepe non eadem industria versati. Horum tantum velim selectum, e. g. Opusculorum *Nic. Christophori LYNCKERI*. Sunt & aliae rationes, quare ita censem.

§. 41.

Praecipue de Ordine, Praefaminibus ac Indicibus generalibus, in id genus Operibus dispiciendum, ¹ nec omnia, straminis modo, quasi in unum acervum fortuito projicienda. ²

1. Laudo Collectiones *Wechelinas* & Belgicas. Vbi tamen videas, in ipsis *Iacobi GOTHOFREDI* opusculis, Dissertationem elegantem, *de Iure armorum* omitti, sejungi conjungenda, & Indici multa deesse.

2. Dicam scribo *GENSCHII* Biblio-

polae *Correjanis* & aliis operum Collectionibus, maxime autem omnibus fere *Coloniensibus*, quae *meliores* & *auctae* pleniusque dictae, sed squalida charta & mentis typographicis, Concluso Imperii, (ut ita dicam,) exesse deberent.

§. 42.

Refero huc Disputationum Collectiones. Hae varii generis. ¹ Et ad disputationes etiam spectare crediderim, Orationes, ² Programmata, ³ & alia Scripta, cujusdam frugis, minora. ⁴ Qui enim dicit omne, *ICtus* denuo loquor, nihil excludit. Sed separatim, aut loco apto. ⁵

1. Aut enim dicuntur ab *auroribus*. Aut collectae e. g. *Basileenses*, *Argentineses*, *Colonienses* luridicae &c.

2. *CONTII. Henr. COCCII, GUNDLINGANIS*, desunt orationes.

3. *HERTIANIS* Disputationibus, collectione sane dignissimis, Programmata optimae notae. Vellem aliquem, ex his & aliis instituere *Bibliothecam omissorum*.

4. Edi merentur Disputationes *Polycarpi LEYSERI* Helmstadiensis, recudi minutae Practicae *Matthiae STEPHANI* IL

Vol. impressae, ut & *Iohannis STRUCKII*, iterum in fascem redigi, minora Opuscula *Henrici LINCKII*, & ex antiquioribus *Hugonis DONELLI* minuta Scripta, Francof. 1589. 4. posthuma vero ed. Scipione Gentili. Hanoviae 1604. 8. & minuta alia *GUNDLINGIO* in Vita Donelli citata.

5. *Francisci BALDUINI*, non magnae molis, plura scripta, Iurisprudentiae Romano-Graecae III. Vol. Operi fol. quo illud opus magis turgidum redderetur, insertae, rectius separatim fuissent editae.

§. 43.

(d) Dissertationes & opuscula *Variorum* junctim edita, ad certum pertinentia genus, supra (§. XXXVIII.) probavi, ¹ & à cognitione libraria ac iudicio pendet, ² in his rite versari. ³

1. Fuere omnia quae huc spectant *Thomae CRENIO*, erudito Collectori; defuere notissimo, thesaurorum antiquitatis, Col-

lectori *SALLENGRE*. Sed haec Exempla, argumento, quod dicunt Legis, tantum huc pertinent. *A. FRITSCHIUM* certe, magis

magis amo practice scribentem, quam colligentem.

2. Egregium in Thesauro feudali nuper Exemplum praebuit, Vir sui nominis, in litteris nostris, Professor Giffensis IAENICHEN.

3. MOLLENBECIANUS ad Lauterba-

chii Compendium, itidem argumento Legis heic usum forte haberet, illic non dextre factis applicato molimine. Instituerat vero hic Vir, etiam thesaurum in STRYCKII Examen feudale, vili naufragii damno, & tres fere plagulae jam impressae.

§. 44.

(e) Deductiones ¹ aut plures, aut unius materiae, in fascem collectas, & rite dispositas, nullo omisso, ² magni facio; sed demum & utcunque fere collectas, licet aliquid desit, cum omnia id genus aut sint, aut fiant inde rarissima. ³

1. Non multi studii, LUNIGII selecta Scripta illustrata, & Grundfasse Currep. Potenzen Gerechtfame. Et tamen mihi sunt grata, cum rariora aliqua conservata videam.

2. Deductiones Comaenenses, Norimbergenses von der Graisch IV. Vol. antiqua, praeter recentiora, fol. Acta Brunsvicensia III. Vol. ex parte Ducis, unius civitatis instituto, adeoque I V. Vol. Acta Oettingensia & Nordlingensia, Hassiaca Suc-

cessionis vetera & nova, Equestria in lite, cum Duce Wurtembergico, aliave, & nostro aevo, & apud posteros, usus erunt magni.

3. Colligi vellem, probati Studii Deductiones, secundum materias, sed e. g. tantum in causis Successionum selectissimas, nec magnae molis &c. Non vero cuncta uno opere, quod plutei haud essent capturi. Et certissima inde Biblioplae ruina.

§. 45.

IV. Voluptuariam Collectionem, quam dixi, (§. VI.) jam specimini- bus explicavi. ¹ Definitio haec esto: In quibus nec necessitatis, nec utilitatis, nec subsidii certa ratio est; sed ornatus & fortuitus colligendi usus, ² aut voluptas, eos gratos reddit. ³

1. Potest ergo iis inesse aliquid ex omni genere, sed fortuito & sparsum. Dabo Exemplum (a) in margine.

2. Hoc genus his positus latissimum, &

quaecunque fere eo referre licebit, vel parvum usum habitura.

3. Abele seltsame Rechts-Händel, Der lustige Jurist &c. itidem ex alia ratione hic memorandi.

(a) Vidisti alias exempla Observationum, ex Bibliotheca mea voluptuaria. Sed jam dabo aliquid insigne, quod Pandectas concernat. Afferueram praef. ad Corpus Legum §. XXXV. Codicem Pandectarum Florentinum non esse tam antiquum, atque vulgo venditur. Incideram nimirum in Iacobi SPIEGELII Observationes, ad Prudentium Basil, 1562. 8. editas, ubi p. 683. haec legeram: Animadversi ego, PEUTINGERUM Iurij. Consulsum egregium,

K

non statim recipere, quod recognitum fertur ad Libros Iuris Civilis, quos Florentini, à Pisanis occuparunt: quod ex Ludovico BOLOGNINO Bononiensi, viro non imi subfelli in Iurisperi-
 rorum schola, praeceptore suo cognoverat. Non Imperatoris Iustiniani Germanas saltem, sed &
 LONGO POST ILLUM TEMPORE, a librario quodam non satis latino, quas vocant, Pan-
 dectas exscriptas fuisse. Digitorum autem titulum, quo in iis Iustinianus est usus, PEUTIN-
 GER, qui magna est diligentia, in omni etiam disciplinarum genere, quarum habet suppellectilem
 praeditum, quoscunque depravatos Codices emendandi, his verbis ostendit: IMP. CAESAR
 FLAVIUS IUSTINIANUS, FRANCICUS, ANTICUS, ALANICUS, AFRICUS,
 VANDALICUS, THEODORO, TRIDORO, TALETO ET CRATINO ANTECESSORI-
 BUS, ET SALOMINIO VIRO DISERTISSIMO SALUTEM. Quantum hic titulus à com-
 muni rubrica distet, conferens illum, quisque facile colliget. Quam probe vero, jam vides, verbosissimi
 quidam cbaritas, impleverint, super his verbis: in nomine Domini nostri Iesu Christi, quae Exem-
 plaria vero non habent. Inde vero disces, cui fundo innitatur illud, quando Veteres Icti di-
 cunt, aliquos putasse, quod liber Pandectarum non est Authenticus. BOLOGNINUS vero, de
 quo hic sermo, ille ipse erat, ex cuius MSSis profecit HALOANDER. GENTILIS de Li-
 bris Iur. Civ. cap. 2. p. 39. & HAUSFRIZ Vit. Haloandri p. 16. sqq. Nec MABILLONIUS
 in itinere Italico p. 184. sq. Diarii Tomo I. licet Alphabetum exscriberet, aetatem Codicis
 definire ausus est, id quod nec in Opere, de re Diplomatica, ubi Scripturae schema deprehen-
 des, Tab VII. p. 365. Et alii itidem Iudicium suspendunt. Reliqua non cumulo. In Ia-
 cobi TOLLII autem fortuitis, multa, hujus lectionis voluptariae egregie applicatae, specimina
 invenies. Editus liber Amstelod. 1687., ut & in variis lectionibus M. Aur. MURETI Ant-
 werp. 1587. 8. nitide editis. Alios autem non cumulo. Meas certe, Meditationibus, illatas
 cogitationes, saepiuscule fortuitae debui Lectioni.

§. 46.

Manuscriptorum ¹ Collectionem, ² aliorum, & Iuris praecipue libro-
 rum, ³ voluptariam multi censent, & est omnino talis, pro rerum &
 personarum conditione, saepe tamen in jam editis & ineditis ⁴ summe
 necessaria ⁵ & utilis; (*Meth.* §. C.) imo Collectioni librorum impresso-
 rum praeferenda. ⁶

1. Notitia illorum haurienda ex Cata-
 logis Bibliothecae Parisinae, Oxoniensis,
 Colbertinae, Seguerianae, Viennensis, Au-
 gustanae, Vffenbachianae.

2. Bibliothecae MS. Generalis Catalo-
 gus Montfalconii, & ejus naevi.

3. Optima Iuris MSSCta, Romae in Va-
 ticana, & Iuris Romani, necnon Graeci,
 Florentinae ac Venetiis.

Etiam in jam editis, MSSCtorum in-
 spectio, maximi est emolumenti, non tan-
 tum pro emendatione, uti e. g. Pandecta-
 rum Florentinarum, sed & alios in usus.
Append. III. §. XIV. XLIV. & alias.

Praef. ad Corp. Iur. feud. §. XLVI. hic
 § XLV. not. a.

5. Necessitas in utilibus, quae plane
 ne nunquam prodierunt. Et vel MEER-
 MANNIANA, ad Basilica, additamenta id de-
 monstrant. Imo CONSTANTINI Porphy-
 rogenetae Codex Ceremoniarum nuper
 Lips. 1754. fol. editus, maximum, in Iure
 Publico, commodum est allaturus. Nota-
 bo hic, eum post EGNATIUM Raphae-
 lem SEYLERUM habuisse, & Editionem
 promississe, quod Dicationi primae p. 2.
 & ultimae p. 2. debeo. Specimen usque
 apud eum p. 463. sqq. latissimum. Quem

dignitatum Imperii Indicem illic pauci quaerent. Et quis omnes autores Romanos, sine MSCtis novisset? inprimis etiam *Regesta Regum* nostrorum, quorum adhuc multa latent.

6. Excedi tamen hic saepe non diffiteor,

interdum aliquos ex rebus nihili aureos montes polliceri, aut in talibus quaerere. Exemplum in *MERICUTIO* Mauricii, qui nemini placuit, sub nomine *MINUCII* Schiltero editus.

SECTIO II.

§. 47.

His absolutis, cum ex *Officiis Autoris librorum*, boni libri etiam qualitates parim intelligantur, & de his aliqua dicam. Nimirum, *libros in Iure scripturum*, ¹ tam (a) propriae famae, (b) quam modestiae, ut & (c) Lectorum, ac (d) Bibliopolarum curam agere sedulo debere. ²

1. Publice utilis esse, & calculum ferre, qui cupit, & publica & privata, sua, ac aliorum commoda, respiciat, posco.

2. Et si quid horum negligatur, poere, na naturalis & necessaria, interdum & civilis, lato sensu sequi solet.

§. 48.

(a) *Propriae famae* omnino consulendum, ¹ ne protrita, ² ne titulo nimis longe quaesito, ne ratione scribendi cui nati non sumus, ne stylo hispido, ne per nubes quasi ambulante, ne idiomate rebus minus congruo, ne sine rebus ³ aut iudicio, ⁴ absque ordine, distinctionibus, materiarum, in fronte, indicibus, materiarum, verborum ac rerum Catalogis, scribamus, aut vero nimis multis indicibus, res simul quaerendas discerpamus. ⁵

1. Generalia haec sunt, sed ad Ius applicanda, & ii, qui omnia noverunt, interdum, ut cuncta rite observent, tempore excluduntur.

2. Exulet Panfophia, ubi cuncta ostentandi studio commiscemus, excludatur etiam inaniam studium.

3. Non improbo hic beatae memoriae Viros. Coacervent hi, & aliis materiem praebeant; sed non graviter ferant, si eos, B. THOMASII stylo, *Martelträger*, aut *Gibeonias*, eruditi dicant.

4. Qui nec meditatione, nec collectaneis pollet, rectius non scribat, quam describat, aut rideatur. Ridere volupe, rideri acerbum.

5. Si pote, oporteret esse in Iure Censores librorum publicos, probos, cordatos, eruditos, non illos Theologos, sed undecumque collectos, nec gratiae, nec odio aliquid dantes, qui libros iudicarent, antequam ederentur. Sed me ridere dices:

§. 49.

(b) *Libertas* sentiendi conservari potest, modestia etiam salva. ¹ Modo nihil agas contra Leges publicas adhuc vigentes, ² modo humanitatem in societate necessariam ferves, veritas, etiam quae aliquantum mordeat, non reticenda est. ³

1. Magno e. g. ZSCHACKWITZIO constitit, in notis ad Capitulationem Caroli VI. modestiam non servasse. Magno aliis. Laudem merentur Principes, qui clementes, in veris delictis, eruditis poenitentibus se praestant; probandi illi, qui sua utentes sentiendi facultate, efficiunt, ne ad poenitentiam convolandum sit. Terribile sane *Fisci Caesarei* nomen.

2. Contra Leges adhuc vigentes dico, cum e. g. in *Pacem Westphalicam & Iura Justiniani*, contra prohibitionem scribat quicumque voluerit, & Privilegio addito saepissime, invita Lege.

3. In Exemplum do THOMASIVM, *Historie der Weisheit und Thorheit*, & Satyricos Iuris.

§. 50.

(c) *Lectoribus* consuletur, si inutilia non cumulentur, ¹ aut Voluminum series nimis extendatur, si boni docentis Officium ubilibet servetur, in jam dictis, si aptus typus, charta & reliqua, non tamen pretium nimis intendentia, ² si Indices, congrua praefamina, de ratione Libri docentia, cum inscriptionibus columnarum, materias singulas sistentibus, cunctaque satis correctae sint, & Bibliopolis non permittatur, ut excessu in pretio sint graves. Quin etiam si scribere nesciamus apta, minimum bonos libros restituamus. ³ Non tamen omnibus semper satisfacere licet. ⁴

1. Cumulantur interdum nullius usus, & ad rem non spectantes Appendices, quae quid etiam bonis authoribus interdum usavenire solet, aut nimio rerum suarum amore, aut lucelli studio. Quin aliqui vel terve quaterve nobis sua vendiderunt, eadem, in operibus diversis repetita. Odium ab Exemplis.

2. Multa opera sunt nimis splendida, ubi eo ipso efficitur, ut ii, qui forte parcimoniae non ita student, ea emere tamen aolint, reliqui plane non possint.

3. Merentur & illi laudem suam, qui

bonos libros restituunt, cum multa jam sint scripta, quibus reviviscentibus, (ac rectius etiam, quo semper attendendum, compositis,) melius ac nova compositione erudito orbi consuleretur. Exemplum in omnibus fere GIPHANIANIS, operibus *Aeneae SYLVII*, *Sebastiani DERRERI*, *Christophori GEWOLDI*, *Jacobi RAEBVARDI*, & centuriis aliorum.

4. Diplomatum & Scriptorum coaevalorum, ac Actorum, satis edinequit, licet interdum nullius usus in praesens videantur. Magna alio tempore interdum res, hodie

nihili esse censetur. Et facile ferunt Lectores, Theologica PEZII, in Collectionibus, aut minoris momenti scripta AC TIS SANCTORUM vel BIBLIO-

THECAE Patrum maximae interdum inserta, cum separatae rationes, Editores ab iis abstrahere prohibuerint.

§. 51.

(d) Autor ea semper aequitate esto, ut & Bibliopolarum¹ rationis ac commodi studium non omittas. Fieri id potest apto titulo,² facili scriptione, lucro ipsis permisso,³ commendatione & annunciandi studio, reliquisve bonis artibus. Iterum tertiove autem monendum, proteritis eos non esse onerandos,⁴ nisi id forte pro ratione Status Librariorum, ab iis ipsis exigatur.⁵

1. Horum, in bonis litteris, cum etiam pars sit haud minima, ideo & eos omittere nolui. Debemus enim illorum operae, multa & magna.

3. Nolini titulum Thraonicum, & libro non respondentem, sed aptum illum exhaustientem, & pro captu Lectorum compositum. Hodie certe multis libri ex titulo judicantur, qui si abstrusus, aut nimis neglectus sit, ipse liber saepe quibusdam spernitur. Exemplum in GRYPH-ANDRI Oeconomicis legalibus.

3. Lucrum sane Bibliopolis ex libris permittendum, nec laboris pretium nimis intendendum, aut mercatorum quasi more, eruditus procedendum, sed semper aequitas sectanda. Multi damno suo didicerunt. Et nisi summa necessitas urgeat, Eruditorum aliquis, ipse sumtus non faciat.

Deterreant eos GISEBERTI & WAGENSEILII exempla.

4. Cum Bibliopola ut plurimum librorum pretium internum haud intelligant, peccati loco est, eos, autoritate forte ductos, inutilibus onerare, aut libros non facile emtores inventuros, auri loco obtrudere. Potest tamen Autor, bona fide falli, uti id ipsi Henrico STEPHANO accidit, cui deinde canendum fuit:

Sed me thesaurus, ex divite fecit ege-
num.

5. Alii saepe sunt libri Studiis, alii Bibliopolis utiles, Buchhändler Bücher vulgo dicti. Exemplum insigne, in DATTII egregio, de Pace Publica, opere, quod ne quidem nunc omnino, post 50. annos divenditum est.

Haec haecenus.





APPENDIX SECUNDA. DE METHODICIS IURIS SCRIPTORIBUS.

SYLLOGE.

- §. 1. *Obsolera concertatio, num Ius forma artis tradi queat.*
2. *Corpus Legum, huius rei exemplum antiquissimum.*
 3. *De Guilielmi Durandi speculo Seculi XIII.*
 4. *De Rogerio Magistro Wacario Seculi XII.*
 5. *De Sebastiani Derreri Iurisprudencia.*
 6. *De Iohannis Bodini Iuris Univerſi distributione.*
 7. *De antiquissimis lingua Germanica Methodicis Scriptoribus, remissive.*
 8. *Distributio dicendorum.*
 9. - 15. *Eorum aliqui, qui Iuri Civili patrium conjunxerunt.*
 16. *Ius Civile & Canonicum simul tractantes.*
 17. *Ius Romanum, Canonicum ac feudale Methodo jungentes.*
 18. *Omnes Iuris species, una cum Publico peragrantes.*
 19. *Remissio ad Bibliothecarios, & transitus ad Autoris specimen Methodi univversa complexum.*
 20. *Sequitur ipsum specimen.*
 21. *De aliis Methodicis scriptoribus huc non advocatis.*
 22. *Pufendorffium, in suis de Iure Naturae operibus, fere totum Systema Iuris Civilis dedisse. Iudicium de his scriptis.*
 23. 24. *De Scriptoribus Iuris Naturae, cum securis, & litibus in hoc Iure natis remissive. Conclusio, Iurisprudenciam ex Methodo esse facilem.*

§. 1.

Fuit olim, quae hodie exolevit, ingens concertatio, num Ius Civile nostrum artis in formam redigi, id est, certo ordine tradi possit, de qua alibi diximus, & hodie hac de re, vix amplius quaeretur. (1) Erat tempus, ubi aliqui crederent, Iustinianum in coagmentando Pandectæ, divinum quasi ordinem tenuisse, adeoque actum agere eos, qui de Iuris arte quaerant.

Et opinor, multos tentasse, num Triboniano, singularis forte inspiratio, absque Methodo contigerit, ut coelesti illa structura potiretur. Desiit, imo ridetur & haec secta, magnos tamen autores secuta. Sunt adhuc tantum, qui de sic dicta demonstrativa, num & illa apta, litigent. (2) Ego vero, quid haec lis sibi velit, non capio. Maxime connexa enim Methodus est naturalis, & maxime naturalis etiam

§. 1. (1) *Diff. de Iurisprudencia certa methodo tractanda. Giff. 1742. inter Semestria 4.*
 (2) *Daniel Nettelblad Gedanken von dem Zustand der Rechts-Gelahrtheit in Deutschland. Halle 1749. 8. alii.*

SO APPENDIX II. DE METHODICIS

demonstrativa, sive illum Mathematici tenuerint, sive alii. Plus & hic faciet natura, quam ars. Imo semper ea optima, ubi naturae communi, sine arte, plurima relinquuntur.

§. 2.

Fieri id posse, jam CICERO credit, (1) & post Iustiniani etiam Ius, Glossatoribus infinitum dictum, sed tamen in Institutis, formae artis fere datum, jam seculo VI. monstraverat *Corporis Legum* autor, (Romanis & Longobardis Legis loco habitus, (2) postea Iuris Consultorum ope fere memoria lapsus,) satis concinne & apte, à me tandem eruditorum lectioni restitutus (3)

§. 3.

Nec defuit huic instituto *Guilielmus DURANDI* Miniatensis Episcopus, Ius plane Civile & Canonicum, cum usu fori, & procedendi ordine componens, cujus speculo Iuris, 1271. composito, vel hodie utimur. (1) & non sine fructu; prae-

ter Ius enim, & multa ad historiam illius temporis, ac Iura Imperii spectantia, ex eo discuntur. (2)

§. 4.

Sed diu ante cum *ROGERIUS* Magister *Wacarius* Abbas *Becci*, ex Schola successorum *Lanfranci Papiensis*, in novem libros, totum Ius, post annum *CIO CXXI*. redegerat, *Pandectis*, & *Codice* in unum ordinem compactis. (1) Sed hi libri perierunt, Iuris Consultis non pauperibus, sed divitibus, ex sine Iuris sibi praefinito intentis, nec merces suas minimo studio venditare volentibus. Atque ita perierunt hi *Rogerii* labores, ut ne hodie quidem satis constet, quale illius institutum fuerit, de quo latissime disquisivit *Iohannes SELDENUS*. (2)

§. 5.

Et conquievit postmodum, quod sciam, hoc Iuris in compendium redigendi studium, usque ad *Sebastianum DERRERUM*, qui Iurisprudentiae *Librum I.* edidit, ad-

§. 2. (1) Lib. I. de Orat. & apud A. GELL. Noct. Att. I. 22.

(2) Vide dicta in *Methodo* §. LII. & illic citatam *Append. III.*

(3) *Francos. & Lips.* 1743. 4. ubi in praefatione anteriores editiones recensui. Adde de eo dicta *Append. III.* §. XIV. & passim in hoc libro.

§. 3. (1) Hic mihi editionem 1592. *Francosurti* fol. à *Wecheliis* eleganter curatam, alii dixi.

(2) Si quis velit, Speciminis loco inspiciat *L. I. part. I. p. 39. L. II. part. I. p. 72. L. II. Part. 2. p. 281. lb. p. 308. L. IV. part. I. p. 85. L. IV. part. 3. p. 199. lb. toto tit. de hominibus & fidelitatibus, imprimis p. 316.*

§. 4. (1) *CHRON. NORMANNIAE* ap. du Chesne in *Normannicis* p. 983. ubi: *ROGERIUS* Magister *Wacarius* (sive *Baccalarius* ut editor notat) *genie Longobardus*, cum *leges Romanas*, anno, ab incarnatione Domini 1149. in *Anglia* discipulos doceret, *SUGGESTIONE PAUPERUM de Codice & Digesta exceptis IX. libros composuit, qui sufficiant ad omnes legum lites, quae in scholis frequentari solent, decidendas, si quis eos perfecte noverit.*

(2) Dissert. ad *Fletem* cap. VII. *Operum* Tomo II. p. 1079. sqq. qui omnia eo spectantia autorum loca excitavit, & de illo ex professo egit, ita tamen ut fateatur, §. 4. vix videri illius aliquid ad nos usque pervenisse, licet *Tractatus* huius *Rogerii* de praescriptionibus non idem fuerit fatum. In eam tamen haeresin *Seldenum* fere discedere video, *Placentini summam, Rogerii* luminibus obstitisse.

ditu-

diturus duos alios, de quibus, an unquam prodierint, dubitavi. (1) Motus vero is erat Maximiliani L. instituto, qui Ius in consonantiam redigere sibi proposuerat, & perfecisset, ni mors cogitationibus obicem posuisset.

§. 6.

Ex illo tempore plures fuerunt, qui Itara certa Methodo tradi posse contenderent. Dum tamen multis saepe dubium suboriebatur, quia Pandectis aut Codici, reliqua rectius praelectionibus addi censebant, inventus est Iohannes BODINUS, inter primos, qui quam inficete id fiat, quamque rectius res instrui queat, singulari libello demonstraret. (1)

§. 7.

Sed jam aliqui, aut ante Bodinum, aut postea, certam Iurium distributionem Methodicam adamarunt. Praetereo antiquiores TENGLERUM, BRANTIUM, GOBLERUM; aliosque Germanicos, alibi jam satis dictos, (1) & eos tantum memorabo; qui Civilibus cum Germanicis & Canonicis, aut Iuri Vniverfo, fuere postea intenti.

§. 8.

Sunt nimirum, (a) Iuri Civili soli, dantur, (b) ei, & Iuri Germanico, Regnorumve ac Rerumpublicarum forensi, sunt, (c) Iuri Civili & Canonico simul, aut (d)

etiam Feudali addito, dediti Methodici, & (e) Ius Publicum, ac procedendi ordinem, praeterea inter hos complexi. Quos summatim tangere juvat.

§. 9.

(a) Ius Civile solum tractantes, inveniuntur minores Franc. BALDUINUM, Catechesi Iuris, ex noviss. Edit. Prof. Henne Erford. 1747. 8. Dethardum HORSTIUM Iurispr. Iustin. Libris IV. cum Diss. Iuris Feudalis Helmst. 1579. §. Matthiam STEPHANI, Exegefi Iur. Civ. cum Exegefi Iur. Feud. & Canonici, qualibet separata. Francof. 1617. 8. Iohannis ALTHUSII Iurisprud. Rom. Herborn 1588. 8. Iulii PACII Iuris, quo utimur, Epitomen XXX. Disputat. constantem. Spirae 1574. 12. Franciscum AMELINUM Restitutionum Libris IX. (omnium minimum) Paris. 1613. 32. Ioh. Ortonem TABOREM Iurisprud. Method. Partit. Elementariis. Argent. 1641. 8. Ludovic AUTHEUM Breviculo Iuris universi Francof. 1670. 12. Iohann SCHILTERUM in Elementis Iuris Civilis, adjectis Iurisprud. totius Elementis. Argent. 1698. 8. Mich. Henr. GRIEBNER Princ. Iurispr. Witteb. 1746. 8. Ad. Frid. GLAEFHEY kurtzen Begriff des Burgerlichen Rechts Leipz. 1736. 8.

§. 10.

Aliquanto maiores sunt, Conradus LAEGUS Iuris utriusque Traditione Methodica

§. 5. (1) Consule cit. Diff. de Methodo §. 21.

§. 6. (1) In Iuris universi distributione in tabula Lugduni 1578. & inde Colon. 1580. 8. quem Iohannes COCINUS sub titulo Ioh. Bodini nova distributio Iuris universi, ab ipso autore in tabula adumbrata, nunc autem in gratiam Iuris Legum Auditorum dialogo explicata Pragae 1581. 8. cum praefamine de Iuris arte, & Iure Boemico; electu digna emittit de novo, & in dialogo redegit. Multorum vota in hanc rem collegerunt ANONYMUS medicina tabulismi c. 2. §. 11. & STRUV. Hist. har. p. 552. sqq.

§. 7. (1) In pract. ad Corpus Legum §. XLIX. sqq.

(sed civilia potius complexa) ex edit. Basil. 1553. 8. a *Iustino GOBLERO* aucta; *Hermannus VULTEIUS* Iurisprud. Romanae, a Iustiniano compositae Lib. II. ex edit. noviss. *Estoris*, cum ejusdem Notitia autorum Marp. 1750. 8. *Ioath. HOPPERI* Seduardus. ex edit. *Conringii* Brunsvig. 1656. 4. *Franc. HOTOMANNUS* Partitionum Iuris Civilis Elementariarum libris ed. *Gerhardi*. Ien. 1716. 8. *Jacobus CONCENATIUS* Iuris singularium libris IV. Lugd. 1556. fol. *Gregorius BICCIUS* reb. quotidianis, sive aureis Iuris Civilis Argent. 1647. 8. *Claude COLOMBET* Abregé de la Iurisprudence Romaine. a Paris 1688. 4. *Godofredi BOENIGK* digesta Iuris Civ. Romani. Lips. & Hal. 1714. 8. *Danielis NETTELBLADT* Compendium, quod nondum vidi.

§. 11.

Mediae magnitudinis, *Arnoldi VINNII* Iurisprudentiae contractae, sive Partitionum Iur. Civ. Libri IV. Roterd. 1663. 4. & nuper recusi, (1) *Iohannis ALTHUSII* Dicaeologia, ex edit. ult. Francof. 1649. 4. *Iohannis REBHAN* Hodogeta Iuris Argent. 1675. 4. *Hieronimi TREUTLERI* selectarum Disput. ad Ius Civile Iustin. Tomi. II. ex nitidissima editione. Marpurg 1628. 4. (2) *Philippi*

§. 9. (1) Optimum hoc certe & maxime solidum Iuris-Consulti acutissimi scriptum, lucernam olens, & summa brevitate concinnatum. Nec tamen Vinniana celebritas, vincere potuit Compendii *SCHUTZIO-LAUTERBACHIANI*, ordinis Pandectarum sequacem dulcedinem, & antinomiarum amorem.

(2) In hunc commentatos esse *Reinb. BACHOVIVM* & *Helfr. Vlric. HUNNIUM* vel sic constat. Vterque eorum Iuris Romani, & Hunnius, etiam Canonici peritissimus, magis tamen acutus *Bachovius*, plus practicus *Hunnius*. Vterque contradictionum Pater, & mutata Religione parum felix. Conf. *LEYSER* Meditar. P. III. 568. prae ipse X. 734. qui *Bachovium* saepissime notat. De *HUNNIO* vide vitam Encyclopediae praemissam. De *Bachovio GUNDLING* in otis P. I. c. 5. p. 238. & plurimos. Scripsit vero hic etiam in *WESENBECKII* Paratitla, ubi cum eo, eodem fere modo, atque cum *Treutlero* procedit, in Institutiones & *wärer* solide, in *Fabrum* *eriter*, in *Paponianum* leviter, de actionibus & pignoribus satis obscure & erudite; De Iure publico ve-

Reinhardi VITRIARII Ius Civile privatum Lugd. Bat. 1697. 4. qui etiam Ius Naturae adhibuit.

§. 12.

Majoris molis opera. *Franciscus CONNANUS*, Commentariis de Iure Civili. Basil. 1562. fol. *Nicolai VIGELII* Methodus Vniversi Iuris Civilis. Francof. 1628. fol. *Hugo DONELLUS* Comment. de Iure Civili, Libris XXVIII. Francof. 1589. fol. III. Vol. in quem commentatus *HILLIGER*, Donello enucleato. Ienae 1617. 4. Vol. 2. & Antwerpiae ac alibi fol. nitidius, ex editionibus Fidei Catholicae accommodatis, *Ioh. DOMAT* dans les Loix Civiles dans leur ordre naturel à Luxembourg 1702. fol. maj. & saepies.

§. 13.

(b) Ius Romanum, Germanicum, aut Regnorum ac Rerumpublicarum simul, *Richardus ZOUCHEUS* Elementorum Iurisprudentiae. Lugd. Bat. 1652. 12. *A. TOUBEL* Methodica Introductione ad Ius Gallicum & Romanum. Paris. 1685. 8. *B. G. STRUVIUS* Iurisprud. Rom. Germ. Forensi, saepies & Francof. 1735. 8. quin etiam Germanice, per *FLOERCKE* & *KESTNERUM*. Leipzig. 1732. 4. & quem hic secutus, *SCHULZIUS*, in Synopsi

Institutionum Witteb. 1630. 12. sed valde suppleta, nec plane ordinem sequente. *Ioh. Balth. WERNHER*, Compend. Iuris, quo Germani hodie, inprimis Saxones, in foro utuntur. Witteb. 1715. 8. *Iohann Paul KRESS*, Specimine Iurispr. privatae Civilis ex omni Iure, Helmst. 1726. 8. *SPE-RANDERS Deutsch. Jurisprudenz, Kunst. und Leipz. 1736. 4. Christian Henrich FREIESLEBEN* Einleitung zur Deutschen Rechtsgelehrsamkeit. Altenburg 1726 8. *Julius Bernhard VON ROHR* Einleitung zu dem allgemeinen Büraertlichen Recht. Nürnberg. 1731. 8. *Iohann Hyeron. HERMANN'S* Anfangsgründe zu der allgemeinen Büraertlichen Rechtsgelehrtheit. Jena 1746. 8. exegerunt.

§. 14.

Amplioris materiei hic Opera: *Henrici BOCERI* Disputationes de universo, quo utimur, Iure, cum Addit. Frischii Argent. 1634. 4. ubi simul & Feudalia addita. *Iohannes GRYPHIANDER* Oeconomicis legalibus Bremæ 1662. 4. *Henrici BERGERI* Oeconomia Iuris, ad usum hodiernum accommodati, Libris IV. Lips. 1734 4. & saepe. *Iohann Georg FLECK* Bibliotheca Iuris Civ. Theoretico-Practica. Francof. 1699. 4. *Vlricus HUBERUS* heden-daege Rechtsgelertheit per *Zach.* Filium Amsterd. 1726. 4. *Simonis VAN LEEUWEN* het. Rom. Hollands-Regt t'Amsterdam 1732. 4.

ro ita sensit, ut id, illius Disputationes, inprimis LAMPADIANA de Republ. Rom. Germ. eo Praefide defensa, produnt. Nec plura cumulo.

§. 15. (1) Simul exposuit LEEUWIUS noster Ius Batavum, & de caetero Ius Civile diligenter extulit. Qua occasione librum conscripserit, quid de eo *Anthonius MATTHAEUS* fil. A. N. censuerit, quomodo se defenderit LEEUWIUS, discit ex defensione Apologetica adversus criminationes Matthaei Lugd. Bat. 1678. 8. quae deinde Tomo II. Iurisprudentiae praefixa. Nullam vero occasionem praetermisit, ubi aut hunc, aut WESELIUM, celebres Practicos mordere posset Matthaeus, quia à parente suo in non nullis seorsim senserant. Adde haec ut non ita nota

§. 15.

In folii quam vocant forma novi, *Simonis VAN LEEUWEN* Censuram forensem c. Addit. *Georgii DE HAAS* Lugduni in Batavis 1741. fol. (1) *Thomae CROMERII* Codicem Iuris Romani Civilis Henrici IV. in certum & perspicuum ordinem redactum, una cum Iure Civili Galliae Lugduni 1602. fol. Nec ex his plures possideo.

§. 16.

(c) Ius Civile & Canonicum simul certa Methodo explicantes habeo: *Petri GREGORII Tholosani* Syntagma Iuris Univerſi III. Vol. qui Feudalia simul admisceat Lugd. 1582. fol. *Lud. CHARONDAS* le Caron Pandectas du Droit François à Paris 1637. fol. *Helfrici Vlrici HUNNII* Encyclopaediae Iuris Univerſi Partes V. Colon. 1642. fol. *Gottlieb Gerh. TITII* Ius privatum Romano-Germanicum Lips. 1709. 4. qui & Ius Naturae una tradere nifus est.

§. 17.

(d) Ius Romanum, Canonicum & Feudale simul, primus exhibere ausus *Iohannes Thomas FREIGIUS*, in Partitionibus Iuris utriusque, è Lagi Methodo expressis, additis ex *Zasio* & *Hotomanno* Partionibus Feudalibus. Basil. 1581. fol. *Iohannis* etiam *MELONII*, in Thesauro Iuris Civilis, Feu-

alis & Criminalis haec fuit mens, Norimb. 1652. fol. & alias. Nec omittenda *Ioh. Conr. Sigism. TOPPEN* Unterricht von denen in Teutschland üblichen Rechten, Dresden 1742. fol.

haec scribo, comparuit, *Theodorus VO-PISCUS Colmariensis*, perfectissima Iuris Publici, Civilis, & Ecclesiastici Notitia. Francof. & Lips. 1755. 8. rectius forte ta-cuisset.

§. 18.

(c) Cunctas Iurium species, una cum Publico peragrarunt, *Henningus RENNE-MANN*, in opere Iurisprudentiae Romano-Germanicae universae, edente *Laur. Hen-rici* Erford. ab anno 1651. usque ad 1658. 4. *Ludovicus MOLINA* de Iustitia & Iure Tomis VI. Mogunt. 1659. fol. *Baptista FRAGOSIUS* Tr. de Regimine Reipublicae Christianae. Colon. Allobrog. 1737. fol. IV. Vol. ex tertia editione. Et das allgemeine Juristische ORACULUM Societatis Germanicae, Lipsiae ab anno 1742. usque huc, pluribus in folio voluminibus continuatum. Qui vero, dum

§. 19.

Recensui vero hic eos, qui in Collectio-ne mea ad manus erant, una tantum, quam possideo, Editione addita. Reliqua in BIBLIOTHECARIIS, una cum cen-su quaerenda. Multorum tamen ego hunc jam meo sensu peregi variis opusculis. (a) Cum autem olim dispositionem Systematis Iuridici, in cit. *Epistola* dederim, eam non nihil mutatam, cum forte liber haud ad omnes pervenerit, denuo hic sisto, aliorum diligentiam excitaturus, quo tan-dem aliquando, Systemate, cuncta in Iure scitu digna complexo, potiamur.

§. 20.

*Totius Systematis distributio**Dissertationes praeliminares quatuor.*

1. De Methodo Iuris docendi discendique.
2. De Historia & autoritate totius nostri Iuris.
3. De Librorum cognitione & Bibliotheca Iuridica selecta.
4. De natura hominis morali, Iurisque variis divisionibus.

LIBER PRIMUS.

De Iure personarum.

P A R S I.

C A P. I. De Iure personarum in genere, secundum statum (1) naturalem, (2) familiae, (3) societatis & Imperii.

(a) *Diff.* cit. de Methodo Iuris per tot. ad *Corp. Legum praef.* §. 46. sqq. & *Epist.* de System. Iur. Universi Gissae 1742. 4. edita p. 7. sqq. In hac *Epistola* auctoris simul mens, tota de re, magis explicata, unde, illam ut adeas, rogat.

CAP. II. De (1) statu naturali hominum nasciturorum, natorum & discrepan-
tia differentis sexus, aetatum, perfectionis aut imperfectionis,
obligatione hominis erga se ipsum, ac religione iuribusque inde
diversis.

III. De Conservatione hominis, diversis a fortunae bonis visionibus,
morte ac sepultura, hincque obtinentibus iuribus.

LIB. I. PARS II.

IV. De (2) Statu familiae & praecipue conjunctione maris ac foeminae.

V. De Iure Capitis Familiae, inprimis parentum ac liberorum.

VI. De Iure agnatorum, ac cognatorum, nec non affinium,

VII. De Iure amicitiae.

LIB. I. PARS III.

VIII. De (3) statu Societatis & Imperii, ubi de liberis ac servis, civibus &
peregrinis, clericis & Laicis.

IX. De Eminentia & Nobilitate majore ac minore, ad statum (A) Impe-
rii ac (B) Subjectionis, ut & de Imperii ministris generalia.

X. De (A) Imperio (a) sacro ac (b) profano, ejusque (c) Ministerio.

XI. De (a) Imperio Sacro Pontificis & Cardinalium, nec non certo mo-
do totius Cleri, ac libertate Ecclesiae Germanicae.

XII. De Legatis Pontificis, Archi-Episcopis, Episcopis, Diaconis, Sub-
diaconis, Canonis, Ordinibus minoribus ac reliquo Clero.

XIII. De Abbatibus ac Monachis, eorumque variis religionibus ac iuribus.

XIV. De personis, quae non sunt in ordine, sed tantum in officio Ecclesiastico.

LIB. I. PARS IV.

XV. De (b) Imperio profano ac praecipue Imperatore ac Rege Roma-
norum, nec non Augusta, eorum Electione, Coronatione, titulis
insignibus & iuribus privatis.

XVI. De Imperii vacatione, impedimento & Vicariis Imperii.

XVII. De Collegio Electorali & Electoribus singulis.

XVIII. De Ducibus, Principibus, Praelatis, Comitibus.

XIX. De personis, Imperii membris immediatis.

XX. De Civitatibus Imperii, & aliis Univerſitatibus immediatis.

LIB. I. PARS V.

XXI. De (c) Ministris Imperii, ubi de Officialibus majoribus, minori-
bus, de Cancellaria Romanae curiae, De Vicariis & Officiali-
bus Episcoporum.

XXII. De Archiofficiis Imperii, & Curia Imperiali.

XXIII. De reliquis officiis hereditariis.

XXIV. De ministeriis vilioribus & vilissimis.

L I B . I . P A R S V I .

XXV. De (B) Iuribus subditorum & inter hos, Nobilium, Clericorum, Civium, rusticorum, privatis in genere.

XXVI. De Nobilibus in specie.

XXVII. De Clericis tam Catholicis quam Protestantibus.

XXVIII. De Iuribus Eruditorum ac militum.

XXIX. De Civibus ac eorum ordinibus.

XXX. De Ruricolis liberis ac servis.

XXXI. De Iuribus Vniversitatum.

L I B . I . P A R S V I I .

XXXII. De Fama & infamia.

XXXIII. De levis notae macula notatis.

XXXIV. De potestate Principis eminente, circa migranda personarum Iura.

XXXV. De personis moralibus & alias repraesentantibus.

L I B E R I I .

De Iure Rerum.

P A R S I .

CAP. I. De Imperio ac Dominio, eorumve divisionibus, generalia.

II. De Imperio Sacro ejusve partibus ac affectionibus.

III. De Imperio Seculari, & Superioritate Territoriali eorumve partibus.

IV. De Regimine subalterno Statuum Provincialium ejusve Iuribus.

L I B . I I . P A R S I I .

V. De Dominio Reipublicae.

VI. De Dominio Vniversitatum & Collegiorum.

VII. De Rebus quas divini Iuris & nullius vocant.

LIB II. PARS III.

VIII. De Dominio Privatorum & rebus ei subijci aptis.

IX. De Iuribus Domini & Publici & Privati; nec non Condominio, ejusque divisione.

LIB II. PARS IV.

X. De diminutione Iurium Domini in genere, & quidem (1) per translationem domini utilitatis ex beneficio.

XI. (2) Per Ius pignoris & hypothecae.

XII. (3) Per detentionem alterius animo Domini.

XIII. (4) Per Servitutes.

LIB II. PARS V.

XIV. De Dominio acquirendo, conservando, dividendo, transmittendo, amittendo, reservando, recuperando.

XV. De possessione ejusve Iuribus.

XVI. De usucapionibus & praescriptionibus.

XVII. De Retractu.

LIBER III.

De Iure Obligationum.

P A R S I.

CAP. I. De Obligationibus in genere, ex consensu expresso, tacito, praesumpto, vel variis causarum figuris.

II. De obligatione ex voto & donatione, ubi de commodato aliisve gratuitis agendum.

III. De Sponsalibus & consensu matrimoniali.

IV. De emtione venditione & permutatione.

V. De Locatione Conductione in genere.

VI. De Locatione Conductione operis & operarum, nec non causis affinibus.

VII. De Locatione Conductione immobilium.

VIII. De mutuo.

IX. De Societate.

X. De Contractibus qui aleam continent.

L I B. III. P A R S II.

- XI. De Quasi - Contractibus, speciatim Negotorum Gestione.
- XII. De Tutela & Cura.

L I B. III. P A R S III.

- XIII. De obligationibus ex delictis, Ecclesiasticis ac Secularibus.
- XIV. De obligationibus ex quasi-delictis, & damno dato.

L I B. III. P A R S IV.

- XV. De Summo Imperante obligante vel delinquente.
- XVI. De Iure affectuum humanorum in obligationibus.

L I B. III. P A R S V.

- XVII. De dissolutione obligationum.
- XVIII. De Reservatione & Reditu ad Iura pristina.
- XIX. De limitatione obligationum, & Iure quod vocant, aggratiandi.

L I B E R IV.

De Iure Successionum.

P A R S I.

- CAP. I. De Successionibus, in genere.
- II. De Successione Ecclesiastica.
- III. De Successione Seculari in territorio.
- IV. De Successione Feudali.
- V. De Successione privatorum communi.

L I B. IV. P A R S II.

- VI. De Successione ab intestato, & primo conjugum.
- VII. De Successione descendentium.
- VIII. De Successione collateralium.
- IX. De Successione ascendentium.
- X. De Successione Condominorum.
- XI. De Successione Dominorum.

XII.

- XII. De Successione Collegiorum.
 XIII. De Successione Dominorum Iurisdictionis altae sive fiscali.

LIB. IV. PARS III.

- XIV. De Successione testamentaria.
 XV. De testamentis publicis.
 XVI. De testamentis privatim confectis Romanis & eorum depositione.
 XVII. De testamentis Canonicis.
 XVIII. De testamentis privilegiatis & sine solennibus conditis.
 XIX. De Codicillis & Clausula Codicillari.
 XX. De heredis institutione, substitutione, Legatis, fideicommissis, & reliqua testamentorum materia.

LIB. IV. PARS IV.

- XXI. De Successione pactitia.
 XXII. De Simultanea Investitura & Expectativa feudali.
 XXIII. De Resignationibus, Coadjutoriis & Expectativis Canonicis.

LIB. IV. PARS V.

- XXIV. De aditione hereditatis & obligatione heredis.
 XXV. De Inventario & spatio deliberandi.

LIB. IV. PARS VI.

- XXVI. De Familia heriscunda.
 XXVII. De Primogenitura, Apanagio vel Paragio.
 XXVIII. De Majoratu.
 XXIX. De observantiis peculiaribus singularum Familiarum sive Gentium, Exceptiones a Iure communi inducentibus.

LIBER V.

De ordine administrandi exequendique res Iuridicas.

PARS I.

- CAP. I. De Administratione rerum publicarum privatarumque inter Ge-
 tes & alias in genere, nexuque imperandi & parendi.
 II. De Hierarchia Ecclesiastica.
 III. De Regimine Summi Pontificis vel cum, vel sine Cardinalibus.

M

APPENDIX II. DE METHODICIS

- IV. De Conciliis Oecumenicis, Conciliis Provincialibus, Synodis & aliis id genus.
 V. De Imperio Cleri & obedientia Laicorum.
 VI. De Directione Superiorum in Clerum minorem, & monachos.
 VII. De Recursu ad forum seculi, in abusu potestatis Ecclesiasticae, ut & de fori secularis adjumento Ecclesiae praestando.

LIB. V. PARS II.

- VIII. De Forma Imperii Germanici & ejus Circulis.
 IX. De Majestate & eminentia Imperatoris, vel solius, vel cum Consensu Electorum.
 X. De potestate Imperatoris cum Statibus in Comitibus congregatis.
 XI. De ratione Status Imperii, persecutione Iurium erga exteros, per bellum, aut alias, ut & eorum defensione.
 XII. De Statuum Imperii, in territoriis, suis directione, ejusque forma varia.
 XIII. De Cancellariis, Archivio & modo expediendi.

LIB. V. PARS III.

- XIV. De administratione Rerum Iuridicarum privatarum.
 XV. De Iudiciis & foro cujuslibet in Germania competente, Ecclesiastico & seculari.
 XVI. De distinctione Causarum, in iudiciis, se offerentium.
 XVII. De Praeparatione Iudicii, & personis ibi occurrentibus.
 XVIII. De Exhibitione libelli, Citatione simplici, aut jussu de causa simul addito, ejusque Reproductione.
 XIX. De Comparitione, partitione, vel contumacia, nec non litis contestatione & interventione.
 XX. De Replicis, duplicis, triplicis aliisque scriptis.
 XXI. De incidentibus, editione Documentorum, litis denunciatione, erroribus, dolo, poenis Procuratorum, Advocatorumve, cura pauperum &c.
 XXII. De Probatione aut sponte, aut post interlocutoriam adeunda.

LIB. V. PARS IV.

- XXIII. De ipsa Probatione & Reprobatione in genere, ejusque variis speciebus in Ecclesiasticis, Civilibus & Criminalibus.
 XXIV. De Testibus, Instrumentis, Iuramentis, oculari inspectione, calculatione.

- XXV. De defensione pro avertenda & ipsa tortura.
XXVI. De iis casibus, ubi probatione non est opus.

LIB. V. PARS V.

- XXVII. De Publicatione Attestatorum & libellis disputatoriis.
XXVIII. De Conclusionem in causa:
XXIX. De Relatione ex Actis, Sententia concipienda & Promulgatione ejus, ubi de poenarum criminibus dictandarum generibus.

LIB. V. PARS VI.

- XXX. De Remediis adversus sententias ex Iure Canonum, Romano & Patrio.
XXXI. De Leuteratione, alibi Supplicatio, alibi Revisio, alibi Restitutio in Integrum, alibi Nullitatis Remedium, dicta.
XXXII. De Appellatione.
XXXIII. De Supplicatione & Revisione.
XXXIV. De Nullitate, Syndicatu, & Recursu ad Comitata.

LIB. V. PARS VII.

- XXXV. De Executione in Ecclesiasticis, & rebus Seculi, civilibus ac criminalibus.
XXXVI. De eo, quod impedit Executionem.
XXXVII. De Sumtibus litium.

§. 21.

De caetero inter Autores Methodicos, & ii adhuc nominari potuissent, qui ad *Institutionum ordinem*, in se quidem, certam Methodum secutum, reliqua addentes, commentati sunt. Ex quibus etiam obiter SCHULZIUM, Struvianae Iurisprudentiae causa, adduximus. Dichotomicos non nominavi, excepto FREIGIO, utpote plerumque secundum Institutionum, aut II. ordinem procedentes. Potuissent

quodammodo advocare etiam eos, qui Ius totum ad Sacra Biblia undecunque contulerunt, uti GISEBERTUS in Deuteronomio suo Harmonico Lubec. 1670. 4. Et licuisset eos etiam, qui dum Ius Naturae aliquod tradunt, totum Ius Civile, Naturae legum loco, nobis obtrudunt, in Naturae sua nihil videlicet, nisi generalia Iuris praecepta, & parvum, quod ad speciales conclusiones pertineat, invenientes. Instituti hujus autores, Samuel PUFFENDORFIIUS (I.) & Samuel RACHELIUS, in

§. 21. (1.) In Elementis Iurisprudentiae. Hagae. Com. 1660. 8. & Ienae 1669. 12. ac postea in libris notissimis, de Officio hom. & Civis, Iureque Nat. & Gentium.

libris quatuor Institutionum Iurisprudentiae (2.) praedicari possent, quod ex novitate plausum invenit. (3.)

§. 22.

PUFFENDORFFIUS sane, si triturae forensis etiam ordinem, (quod solum necessario deerat,) ex Iure Naturae addidisset, egisset sane mutato nomine id, quod olim aevi medii Iuris-Consulti. Hi *Ius Civile*, ipsum Ius Naturae (1.) esse dicebant. Ille eos risit, ita tamen, ut cujusque autoris arbitrio relictum, (in se non nisi maxime generalibus principiis certis constans) Naturae Ius, iterum ordine converso, re eadem, ex Iure Civili & Doctorum placitis deduceret, hocque ipso Civile, Iuris Naturae fontem esse sineret. Invenies ergo, in illius Iure Naturae & Gentium Libris VI. prioribus, Systema Iuris Civilis Romani: Ex quo deinde in posterioribus, compages Iuris, quod Civitatem regit, etiam sine demonstratione fluere debet, longe aptius Politices Architectonicae nomine dicta, cum nihil Iuris communis, cuncta separata, ex singulari-

bus cujusque Reipublicae Legibus habeat. Et tamen hi, ultimo loco dicti loci communes, doctrinae causa ab ARISTOTELE, aliisque jam collecti, & GROTIOMAGIS exculti, Iuris in vicem, ejusque quidem Universalis, obtrudendi erant, quo nova disciplina, ex Theologia naturali, (2) praecipis Iuris-Consultorum & Politicorum scitis, nunquam apte satis jungendis, oriretur, & *Ius Naturae, quod constans, sed brevissimum est*, in ipso Iure Naturae quaereremus. Ita vero singuli Doctores, quisque in Cathedra sua, ex natura, (non communi, neque enim Cajo is sensus qui Titio est,) sed sua, novus Legislator. (3.) Quin eo modo, & divina praecepta, & Ius Civile, & ipsa Scientia Politica, aliud quasi agendo, imo bona Doctorum fide, incerta redduntur.

§. 23.

Vtut vero PUFFENDORFFIO Iuris Consulto satis negotii facefferent, eo ipso sibi Ius quasi extorqueri, & ad Philosophorum Cathedras devolvi, aegre ferentes, non tamen pervicerunt; sed quod jam cer-

(2) Kiliae 1684. 4. vide Ot. Noviomag. p. 28. cap. VI.

(3.) Novum illud forte dici plane non potest, invenio enim Collationis Philosophiae moralis cum Iure Scripto, in Phocylidaeorum versuum juxta seriem praeceptorum Decalogi dispositorum, explicatione consistentis Partem, I. autore LAURENTIO ARNOLDI. Freistad. Siles. Francof. 1590. 4. Et miratus sum; ita tamen, ut, num reliquae partes prodierint, id quod non puto, ne unquam quidem inquirerem. De BENEDICTO WINCKLERO, THOMAS. Hist. Iur. Nat. c. VI. p. 68.

§. 22. (1.) Ita certe adhuc, Puffendorffii aevo, celebris ICtus TABOR, Iure meritoque pessime exceptus BOECLERO, ap. THOMAS. l. c. p. 144. sqq. Novi vero ego ex MSSC. BOINEBURGIANIS, totam Puffendorffii rationem displicuisse huic heroi literato, & BOECLERI veriore Sententiam ei esse probatam, nimirum, aut ad Ius Civile, aut Theologiam, aut Ethica, aut Politica, cuncta pertinere, quae novam disciplinam illam constituere debebant.

(2.) Rectius certe illi, qui Exemplo BUDDAEI & aliorum, Theologiam quandam moralem conscripserunt, & quam Religionis nostrae arcana, Naturae ductui convenient, demonstrarunt; quo etiam GROTIUS de veritate Religionis Christianae collineavit, nec non & Catholicorum numero LEONB. LESSIUS de Iust. & Iure Antwerp. 1632. fol. cum aliis id genus Scriptis moralibus. Haec omnino profunt, modo non nimis Philosophiae vellicentur, & nos a Theologia abducant.

(3.) Adde Append. III. §. II. & ibi de Imperio ICtorum dicta.

to modo instituerat GROTIUS, (1) effecit dictus *Pufendorffius*, & Ius ad scholas Philosophorum, ringentibus etiam Iuris Consultis, quadantenus traduxit, ac Methodo complexus est. (2) Secuti tum certatim plurimi Iuris-Consulti, Philosophi & Theologi, omnes Ius quasi Methodo certa, sub involucrio Iuris Naturae tradentes, ita ut eorum integros libros implentes Catalogos conficere potuerint *Georg Andreas VINHOLD*, (3) atque *Adamus Fridericus GLAFEY*. (4) Et omnino putabant juvenes, latere hic totius Iuris fundamenta, qui etiam mihi ipsi, à Doctoribus eum in modum instituto, olim sensus fuit. Dixi autem, quid hodie mihi videatur, etsi Ius Methodo tradendum, ego illud alio modo, longe commodius fieri posse existimo. (5) Quousque tamen vetus ille & per ambages docendi mos durat, ut & Instituta & Pandectae, & nescio quid non hauriendum sit, omnino Ius illud Naturae, ut certam Methodum praemittere convenit. Periculum minimum hoc separatae disciplinae instituto, per seculum fere à *Pufendorffio* indeusque fecimus, quam

aeque levi negotio ac omnes reliquae disciplinae, etiam Ius Civile discatur, modo Methodum adhibeas. Hoc enim, (uti ea voce liceat) *Ius Civile Naturalisatum*, & docuerunt Philosophi, & praelegerunt Theologi, & intellexerunt rite expositum ii, qui nunquam aut Iura salutaverant, aut salutare vel animum induxerant. *Iuris Consultis* autem *Hallenses* & alii, quid rei gereretur intelligentes, illud Decreto regio sibi iterum vindicarunt. (6) veriti videlicet, ne Philosophi, Exemplo CICERONIS, (7) *triduo se Iuris Consultos esse profiterentur*.

§. 24.

Certe CONRINGIUS Medicus, & VALENTINUS ALBERTI Theologus, simili fere involucrio adhibito, ille verbis, hic re, professi sunt. Ille, dum in Politicis & Theologia, nec non principiis Ethicis totum Ius Naturae, quaerebat, & in praefamine ad Hopperum, nihil minus quam Iuris Consultis personam agebat; hic, dum Orthodoxae Theologiae, Ius Naturae conforme esse debere, contendebat. Et in-

§. 23. (1) Vide Epistolam ad Frischmannum 10 CCC LXXV. his verbis: *Deinde vero (scil. volui illis) qui Iuris in studio essent velus navigaturi, praesertim quibus osium ac juvenis, velus aurae felices suppetent, signare quaedam quasi sidera, ad quae ier suum regerent. Et nota, Viri magni arcanos sensus, ob metum ab Ictis, nunquam alias resectos.*

(2) Historiam totius litis optime texuit THOMASIVS l. c. c. VI. §. 14. sqq. qui, ipsiusque frater *Goshofredus*, celebris Norimbergensis Medicus, quem §. XLIV. litteris G. T. signat, controversiae pars fuerunt.

(3) Notitia Scriptorum Iuris Naturae Lips. 1723 §.

(4) *Geschichte des Rechts der Vernunft, nebst einer Bibliotheca Iuris Naturae & Gentium.* Lips. 1739. 4. Num denuo editus liber, non inquiri.

(5) Idem ad ultimum visum Doctori meo *Christiano THOMASIO*, quod illius fundamenta Iuris Nat. & Gentium Hsl. 1718. 4. ni fallor, ultimo emissa, docent. Sed aliis ille nitebatur rationibus, quas non omnes meas esse velim, licet viro, de me, meisque studiis optime merito, mollem terram precer.

(6) THOMAS. Hist. Iur. Nat. c. VI. §. 53. p. 128. ubi simul de litibus ideo inter hunc virum & *Iohannem Samuellem STRYCKIUM*, cuius nomen expressum non est, natis.

(7) Orat. pro Murena c. XIII. his verbis: *Si mihi, homini vebementer occupato, stomachum moveris, triduo me Iuris Consultum esse profitebor.*

venerat uterque horum suos affectas, (1) uti diverso enuncian. li modo usos, ita de caetero, in rei summa concordēs. Eo vero tandem redeunt omnia, quaecunque in novo hoc disciplinae genere tradantur, aut disciplinae morum, aut Iuri Iustiniano, quod non magno labore discatur, aut Theologiae Naturali vindicanda esse, novam vero disciplinam Iuris Naturae, quam dicant, non videri. Qui omnium prudentissime inter *Valentini* ALBERTI affectas se gessit, *Iob. Ludovicus* PRASCHIUS, (2) id sane agit, ut cuncta, praeter Iuris placita, in Iure Nature occurrentia, ad Theologiam referat, reliqui Ethicae disciplinae, plurimum tribuunt. Al-

teri ergo pro Theologia revelata, alteri pro morum diu nota Philosophia. Et repetebant etiam sua Iuris Consulti, identidem liti se immiscentes. (3) Si vero repetundarum agere liceat, nihil sane supererit, & peribunt multa magnaue opera. Mihi suffecerit, vel à quocunque demum in Iure Naturae esse demonstratum, quam facili via Ius tradi queat, quinimo ab iis etiam, qui ne quidem Iuris studio dediti sunt, intelligi. Vides vero quam multa, mutatis nominibus fieri queant; meditare mecum, quam omnia reddi possint incerta, si idoneus autor, & plausus accedant. Atque in his subsisto.

§. 24. (1) VELTHEMIUM puta, SCHERZERUM, ZENTGRAVIUM, SECKENDORFFIUM, PFANNERUM, alios, pro Albertino, BOECLERUM, STRIMESIUM, ZIEGLERUM, ceteros, si rei veritatem spectes, pro Conringiano Systemate. Adi PUFEND. Spicil. Contr. p. 210. 331. 351. 391. sqq. THOMAS l. c. §. XXX-LII. & CONRING. in ejusd. App. p. 177.

(2) Designatione Iuris Naturalis ex disciplina Christianorum. Ratisbon. 1688. 8.

(3) PUFENDORFF Contrövers. super Iure Nat. p. 260. sqq. & contra Haberkornium p. 122. 135. 155.



DIGRESSIO TERTIA.
DE RECEPTIONE
IURIS ROMANI IN ITALIA
ET GERMANIA.

ACCEDUNT CHARTAE ANECDOTAE VII.

LEMMATA.

- §. 1. *Institutorum nostrorum aevi mediæ multum ex Italia. Inter alia receptio Iuris Romani Iustiniani. Quae receptio, plurima Germaniae creavit mala.*
- §. 2. 3. 4. *Idque in re publica ac privata. Studium Iuris Consultorum ut omnia à se unice pendeant. Divitiarum cupido. De Lersneri & Vigelii scriptis pro recipiendo Iure Romano, & Methodo Vigeliana.*
- §. 5. *Maximilianus I. novum Legum Codicem conficere animum induxit. Alii conatus remissive.*
- §. 6. *Litium multitudo post Maximilianum I. in patria aucta.*
- §. 7. 8. *Specialia de Iuris Consultorum studio omnia patria Iura pervertendi, & multis satis absone invehitis.*
- §. 9. *Inde aliqui Ius Romanum plane eliminare contendunt, cum contra autor sentiat, illud omnino, sed usu innoxio, retinendum.*
- §. 10. *Hinc tractationis occasio. Dicendorum distributio.*
- §. 11. *Iustinianus subacta Italia, Ius suum in ea apud Romanos & Gothos introduxit.*
- §. 12. *Longobardi veteribus Italiae incolis usum Iuris Romani reliquerunt, & Ius suum simul pro Longobardis conscripserunt.*
- §. 13. *Ius hoc Romanum non nisi Iustinianicum, cuius sub Longobardis crebra mentio, nullo Theodosiani Iuris specimine apparente.*
- §. 14. *Longobardi utebantur legibus Iustiniani contractis, & sine dubio Codice corporis Legum. Id quod pluribus probatur, ejusque aetas ostenditur.*
- §. 15. *Carolidae Ius Iustinianicum studiose conservarunt, in quo etiam Pontifices & Clerici elaborarunt.*
- §. 16. *Ottones Iuri Iustiniano solitum reliquerunt usum, & forte Ravennae Iuris Civilis Academiam habuerunt.*
- §. 17. *Henricus S. Romanis usus. Conradus II. multarum Legum autor, Romanis iudicibus Constitutione adhuc non edita, usum privativum Romani Iuris injunxit.*
- §. 18. *Electio Legum in Italia sub Henricis, Seculo XIII. demum evanescens. Vfus Iuris Iustiniani.*
- §. 19. *Iuris Romani usus a Mathildi & Pontificibus crebro iteratus.*

S E C T I O I.

SECTIO II.

SECTIO III.

- §. 20. Lotharius II. *Ius Romanum in Italia summo usu florere invenit.*
- §. 21. *Vocis Lex varius sensus. Et Lex Romanis scripta, mutatis Dominis nil aliud quam Consuetudo.*
- §. 22. *Lotharius hanc receptionem consuetudinariam reliquit, & Iurium Scholae Bononiensi privilegia concessit.*
- §. 23. *Nulla autem antiqua Iura abrogavit; & Ius Romanum in reliquorum omnium subsidium adductum.*
- §. 24. *Docendi ratio mutata, & loco corporis Legum, Leges ipsae praelectae. Gloria Scholae Bononiensis.*
- §. 25. - 30. *Examinantur commenta de Lotharii constitutione pro receptione Iuris Romani. Quid revera actum sit ostenditur, Lanfranci & Guarnerii opera huc collata examinantur, autorum loca expenduntur, & Iuris Romani ingens usus ante Lotharium, magis deducitur.*
- §. 31. *Conradus III. Ius Romanum una cum Pontificibus sui aevi promovit.*
- §. 32. 33. *Fridericus I. & Pontifices tum viventes Iuri Romano summe faverunt, sed salvis Legibus Longobardicis ac consuetudinibus. Quid ab eo circa feudorum Iura actum.*
- §. 34. *Ne quidem in potestate Regum erat Leges patrias abolere. Origo Statutorum Italiae. Receptio Romanorum subsidiaria.*
- §. 35. *Sub Henrico VI. summa Romani Iuris autoritas.*
- §. 36. *Otto IV. Ius Iustiniani coluit. Clericorum privilegia pro Legistis.*
- §. 37. *Friderici II. circa Ius Civile gesta.*
- §. 38. *De Glossa. Libris Feudorum & authenticis Friderici.*
- §. 39. *Ratio cur hic subsistatur, à plena receptione. Transitus ad Germanica.*
- §. 40. *Romanum Ius, nulla lege, pedetentim Itolorum imitatione receptum, in Germania multo magis est tantum subsidiarium.*
- §. 41. *Usus Capitularium & Legum veterum in Germania qualis? Ante, & durantibus temporibus Carolidarum, nobis nihil rei cum Romanis, ne cum Codice Theodosiano quidem.*
- §. 42. 43. *Quae à Seculo XII. inde usque ex Iure Romano in Germania afferantur, adeo paucula esse, & explicationi obnoxia, ut ne centesimam quidem partem, rerum Iure agendarum constituent.*
- §. 44. *Usus potius continuus Iuris Caesarei *Reyserrecht*, & utriusque Speculi Alemannici & Saxonici generatis, ab antiqua Legum distinctione traductus.*
- §. 45. *Novellae Imperatorum, Iuri Suevico, & Saxonico, aut insertae, aut additae, expresso Imperatorum nostrorum jussu. Et antiquiora temporibus Ortonis IV. sunt Specula.*
- §. 46. 47. *Continuatio de usu harum Collectionum, ut & ordinis Iudiciarii, *Richtstig* dicti.*
- §. 48. *A Carolo IV. inde usque, Iuris Romani, ut Caesarei scripti, autoritas, etiam in causis publicis, magna. Primus Iuris P. interpret.*
- §. 49. *Pontificis & Clericorum adversus Iura patria molimina, incassum suscepta.*
- §. 50. 53. *Uterior auctoris confessio de usu Romanarum Legum, sed simultaneo & subsidiario, nulla ideo Lege lata, ut Romana, Iuri Germanico, accessio quasi facta sint. Nec aliud tulit Germaniae libertas.*
- §. 54. *Maximilianus non novam Cameram condidit, nec Ius Romanum lege introduxit.*

§. 55.

§. 55. *Vfus Iuris Romani forensis, non adeo largus, usque ad Maximilianum. Fridericus III. Iuri illi iniquus.*

§. 56 - 60. *Præbentur Chartæ id illustrantes VII. & explicantur, interque eas ad Maximiliani I. ævum pertinentes.*

§. 61. *Iura nostra mansisse esseque Germanica concluditur, accedere Ius Romanum, & sine calumnia, subsidii loco, allegari posse.*

§. I.

Nemo negare potest, quinimo ingens hoc Iurisprudentiæ illius, qua hodie utimur, aduniculum, omnia fere peregrina nostra in Iure instituta, cum ipsa religione Christiana, ab Italia dimanasse. De Iure Canonico, id satis per se expeditum, de Iure Civili Iustiniano vero, hoc ipsum Historia Iuris & docet, & meae amplius demonstrabunt pagellæ. Quam vero ego vellem, usum apud nos peregrinorum ita comparatum esse, ut Germaniæ non potius oneri, quam emolumento cedat, tot inde tantisque in ea malis, ac litibus sine modo natis. Recepto enim Romano Iure, quod apud Italos in ævo medio, jam inficetis Commentationibus, cum ad nos perveniret, oneratum erat; accidit id, quod menti humanæ, ad infinitum tendenti, semper accidere solet, ut hocce *solum unicuique Ius*, quo homo sana quidem ratione gaudens, vti queat, dicerent, ut illud unice in Scholis docerent, ut inde plane, si Diis placet, Ius Naturæ & Gentium nobis effingerent. His ita præ-

suppositis, ex hocce Iure, cum ad nos tenderet, ignorantia temporum jam satis turbido, restricta Statuta, disputatum contra ipsorum Legislatorum auctoritatem, in Magistratum censum relati Principes nostri, Electorum ordini, Præfectorum Praetorio honos habitus, Civitatum liberarum Magistratus, ad Curiam relati, & omnes Germani, cujuscunque demum, si-ve liberae, si-ve non liberae conditionis, ab his *novis Antoninis*, quorum quisque Cathedrae suae imperabat, ingenti Iuris illius, in quo versabantur beneficio, *Cives Romani*, aut minimum *Romani* effecti. (a)

§. 2.

Cum autem major horum hominum pars, Ius Romanum, non tam ex vero ejus sensu, nossent, quam potius Glosæ & Doctorum Italarum Imperio regeretur, accidit hoc ipso, ut magnus ille, & nunquam satis prædicandus *Vdalicus ZASIUS*, reliquæ melioris notæ, seculo XVI. &

§. I. (a) OLDENDORPIUS ICrus seculi XVI. alias illustris in L. 2. ff. §. 25. de orig. Iur. p. 71. ubi: *Romæ olim fuerunt TRES OMNIUM CIVIUM ORDINES, nos hodie sub Monarchia, omnes Imperio Romano subjector, in eosdem tres ordines digerere possumus. I. ORDO SENATORIUS complectatur Electores, Duces, Marchiones, Comites & generaliter omnes, qui beneficia Regalia titulo dignitatis habent, & gratiosi saluantur. Præterea Status Civiles, qui ad solennia Imperii Comitæ vocari solent. II. EQUESTRIS ORDO reliquos capias beneficiarios militares. Inter quos excellens equites aurati, &c. III. PLEBEIUS ORDO ex caeteris omnibus esto, quos Romani orbis termini includunt, exceptis Colonis originariis, censuris atque adscriptitiis. Vnde vulgo non abs re dicitur, differentiam esse inter viros militares & Cives. Item, inter Cives & rusticos. Si quidem rustici, ad instar servorum, nullum ordinem constitunt. Haec ille, Vir eruditus! Quid ergo alii?*

postea orti Iuris Interpretes, cuncta jam turbida invenirent, atque ipso quasi torrente, & diu jam inolitibus ex docendi more Opinionibus, simul abriperentur. (a) Cathedras unice jam occupaverant Iuris-Consulti Romano Iure imbuti, nihil illis sanctum, nihil utile Reipublicae, nisi quod ex Iure Romano, ab ipsis videlicet & Antecessoribus, secundum Glossam & Doctores efflucto, hauriretur. Et si hoc malum in Scholis substitisset, ferre quidem licebat illud utcumque. Vti vero semper accidit, ut, qui etiam scopus est, ea quae in Scholis didicimus, deinde rebus gerendis applicemus, & eo delati, applicationis absurdum licet apparente, dediscere nolumus; ita etiam summa pertinacia defensum, non alio Iure, in foris, uti licere. Intererat videlicet Iuris-Consultorum, ut soli sapere viderentur, ut de fortunis Imperantium ac subditorum, Autocratorum in morem decernerent, ipsos eos, à quibus regebantur, versa vice, clam, vi, aut precario, sibi subjicerent, nec alios in Con-

sortium hujus Imperii admitterent, nisi qui iisdem Mysteriis essent imbuti. (b) Hinc etiam judicandi, & sub principe regendi munus, fere non, nisi Iurium peritis, patriae morum vero, ex contentu aut inscitia ignavis, concreditum, exclusi à summis Iudiciis, Principes, & major, cum minori Nobilitate, corruptus Civitatum liberarum status, cuncta demum fursum deorsum quasi versa. (c)

§. 3.

Hi vero homines, solenni sua voce, *nil sine lege*, aliove dicto, *nil admittendum nisi quod*, (ipsis unice, sed Glossa & Doctoribus, loco sanae rationis praeditis iudicibus, pro egregia enunciatione,) *rationalabile*, omnibus Legibus antiquis, omni prudentiae Legislatoriae, omni consuetudini, bellum indixerunt, & vel tantillum a victoria abfuerunt. (a) Quinimo tandem inventus est, qui Germanis, divinas iras, & regni nostri longaevi ruinam, per Turcas, denunciaret, ni Germani, à pertinacia

§. 2. (a) Ipse ZASIVS operum Tomo V. in intell. ct. p. 51. n. 8. ita: *Ex quibus relictis omnium Doctorum error intolerabilis, qui unquam super ea Lege scripsere, - sed homines sumus, atque utinam ex Epistola sententia, id ipsum, quod homines sumus, cognosceremus, nosque humana pati, non dissimulareremus: jam veritati, a quocumque ea diceretur, crederemus, meliora sententiam suae invidia sequeremur, & rejectis fastuosis Italorum ac Gallorum titulis, etiam Germanis, docendi gratiam, à Domino dari faseremur. &c.*

(b) Adde Heur. Corn. AGRIPPAM Ep. V. 65. qui omnino legendus. Nec inficete quis dixerit, cum ab Alexandro II. Gregorio VII. & iis qui eum secuti sunt, omnibus Iuris notitia egregia imbutis Pontificibus, Iura Imperatorum circa Sacra maxime convulsa, eos suos conatus Iuris Studio debuisse, & eorum defensores, hac arte primum didicisse, certam ac firmam Imperatorum potestatem, ex Constitutionibus Codicis, dubiam reddere. (§. 29. 35. sqq.) Omnino factum id, quod alio sensu VIRGILIUS notat; cum non nisi divitiarum & gloriae quaerentur:

- *Penetrant aulas & Limina Regum,*

Hic petis excidiis urbem, miserosque penates,

Vt gemma bibas; & Sarrano dormias ostro,

(c) Aeneas SYLVIUS. Ep. CXI. per totum de sui temporis statu.

§. 3. (a) BUDAIVS Annot. in Pand. p. m. 277. ubi: *tantum ad hoc tempus, Advocatis & pragmaticis in Iura non scripta licuit, quam in Iura scripta Iuris Professoribus.* Add. lb. p. 17. 32. sqq.

sua, in retinendis moribus patriis, desisterent. Non sufficiebat sane ea, quae sibi fingebant incommoda, ab incertitudine Iurium, (per ipsos, & non aliunde efficta,) proposuisse, atque ad oculum demonstrasse, id quod, *Jacobus LERSNERUS*, proavorum nostrorum memoria, egit; (b) sed pluribus opus videbatur. Omnes quidem, ingenii sui qualiscunque, nervos eo intendere Lersnerus, ut sub titulo Iuris certi, non nisi Ius Romanum, illiusve excellentiam praedicaret, mores Germaniae, in publicis ac privatis contemneret, Iuris-Consultos solos sapientes praedicaret, imprimis vero Academicis, Iuris quasi monopolium tribueret. Sed cum surdas, ad hanc melodiam, inveniret Germanorum aures, addendus erat lepidus *Iohannis VIGELII*, nescio an forte hujus discipuli commento, (quo invento haud dubie is admodum laetatus est,) a Turca, ejusque, Germaniae graviter imminente tyrannide, metus, quem Germanis suis saepius, cum in Comitiis, tum alias incessit, (c) saepe,

quod opinor, non sine risu rejectus est, nec tamen cessavit, sed perstitit. Cum enim nihil effecisset, Romano qualicunque sermone, proposita terroris moles, Germanico id etiam aggredi placuit, periculi quidem magnitudinem, non nisi latino dicendi genere expositam, haud capientibus, aut Principibus, aut nobilibus, hujus linguae igraris. Pro his ergo, cum in ejus libello *Richter, Büchlein* dicto, toties ingeminata nihil effecissent, conscriptum separatum opusculum in margine adductum, (d) quod legens plane Melancholicus sit, aut à risu sibi omnino non temperabit.

§. 4.

Benigna sua in patriam voluntate, hi viri, & sibi ita vitae certitudini Iuris, & famae, ac crumenae consultum volebant. Nil utile Reipublicae, nisi unde etiam divitiae congerantur. Finis ille, a Veteribus, Iurisprudentiae addiscendae, statutus. Lepide id satis, unde et Italos et Germa-

(b) Libello: Antwort, Bericht und Beweis, auf die Frage, ob es besser sey, nach Gewissen, beschriebenen und sonst bewerten bräuchlichen Rechten, Ordnungen und Gewohnheiten; oder nach eygener Vernunft, Sinn, Witz, Gurdüncken und selbst gefasster Willigkhey, zu regiren, zu urtheilen, Regiment, Recht, Gleichheit, Gehorsam, Friede und Einnigkheit zu erhalten. Darin auch von dem Herkommen, der Herrlichkeit und Nutzen derselben recht gehandelt wird. Ziehevor nit mehr im Druck ausgegangen. Durch Jacob Lersnern der Rechten Licentiamen. Marburg 1542. 4. quem librum deinde nescio quis, 1660. 4. Helmstadii nachgesehen und viel verbessert, uti id titulus & inspectio serunt, recudi fecit.

(c) Videatur *Ricciardi de ANTIQUIS* Epist. de usu Iur. Feud. Longob. §. 3.

(d) Warhafftig Ursach, warum das alt Römisch Reich zertrrent, und nunmehr in Türcken und Christen zertheilt, auch warum Gott den Türcken verhengt, daß sie der Christen Adel und Ritterschaft vernichten aussrotten, zu treuer Warnung dem Adel und der Ritterschaft beschrieben und in Truck verfertigt durch den hochgefahrten und weitberähmten Doctorem *Nicolaum Vigelinum*. Basıl 1587. 8. Ita videlicet in fronte libri, a se ipso praedicandus erat, homo re vgra eruditus, & magni nominis Iuris-Consultus, cujus scriptis, imprimis vero *Digestis Iuris IIII*. Vol. fol. Basil. 1584. & saepies impressis, ego & libenter, & non sine fractu utor. Nec reliqui illius libri contemptum merentur, potius insignis sunt emolumentis Et notiora, quam sunt, *Digesta* cuperem *Vigellii*, magno & improbo studio, cuncta ex Iure Romano ad sua loca referentia, verbis simul exscriptis.

nos praedicantes audias, quantum vel ex solo, de substitutionibus, titulo respondendo congesserit BALDUS, quantae dignationis illius posteritas, quamve Iura non sinant aliquem in paupertate mori. (a) Suas vero Methodos Iuris Civilis, Iuris controversi, Iuris Canonici, Feudalis, Criminalis, Cameralis, diverso tempore editas, & libellum ad Dialectica introductorium, ceteraque eo instruxerat VIGELIUS, ut novus quasi PAPINIANUS evaderet, à cuius nutu omnia penderent, nec alii libri, in Scholis, praelectionibus infervirent. Non dubitavit, id Imperatori & Ordinibus in Comitibus proponere, & inde cuilibet sigillatim. (b) Non autem ipsi, aliam tanti negotii fuisse causam, quam ut, & famae, & peculio privato, bene esset, libri, ejus passim ostendant, ubi eos recenset, *welche gnädiglich und günstig darzu gesteuert*. (c) Vides, hunc hominem, praeter famam, a tota Germania, quasi censum exegisse, nilque minus habuisse in votis, quam gratis esse bonum. Quo id sciamus, cum reliqua non satis procederent, totum Codicem Epistolicum, largas decanentem laudes, publici Iuris fecit, sub titulo *Iurisprudentiae Romanae suspensae bederae*, ubi

nihil intentatum reliquit, quo & a Iurisprudentia Romana, unicum adversus Turcas subsidium paratum efficeret, & pluribus elogiis liberalitative se commendaret. (d) Ita videlicet decebat, ad Ius certum statumve pervenire, tota Doctorum farragine exhausta, controversiis non satis sublatis, constituto Hispanorum exemplo, BARTOLO aliquo, cujus scitis in dissensu unice fidendum esset, & hoc ideo, communi sumtu, divitiis cumulato.

§. 5.

Aliam sane viam iniverat Princeps omni elogio post fata honorandus MAXIMILIANUS I. Iurisprudentiae turbatae, novo Legum Codice, autoritate publica subventurus. *Is hoc salubre & egregium opus molitur est, quo Ius Civile in ordinem & compendium, refecatis superfluis rediret. Fecisset id, ni viris, qui id agerent, se destitutum vidisset*. Tantum vero eo impendit curae, ut nominatissimos quosque totius Imperii Doctores, in Catalogum conscribere coepit, ex quibus tandem quosdam seligeret, qui hanc provinciam susciperent, atque desideratum opus aggredierentur. Refert id Sebastianus DERRERUS, Iuris-Consultus mag-

§. 4. (a) Vide PETRARCHAE Epist. I. & vitam illius *Scquareafci*, ubi rationes pro eligendo Iuris studio.

(b) Est mihi Editio des Richter-Büchlein Francofurti 1588. 8. curata, ubi p. 106. sqq. Oratio, ad Ordines Imperii, pro recipienda illius Methodo, deprehenditur, in sequioribus editionibus omissa, digna tamen, quae pro noscenda Historia Iurisprudentiae nostrae legatur.

(c) Richter-Büchlein p. 104. mese edit. cit. ubi nominat Churfürsten Maynz, Trier und Sachsen. Fürsten Würzburg und Hildesheim. Civitates Bremen, Münster, Selmbausen, Friedberg, Oppenheim, Mentz, Frankfurt &c.

(d) Liber hoc Titulo insignitus: *Iurisprudentiae Romanae suspensae bederae, cum tractatu substitutionum, item dividi & individui nec non Decisionum Iuris controversi consuetudinae I. Autore Nicolao Vigelio. Editio prioribus correctior & emendatior. Hanoviae 1614. 8. ubi: Opus hoc (de Iure controverso loquitur) - publicabo, - si - viri Iuris & Reipublicae amantes, dignum laboribus meis praemium sine collaturi, ne Reipublicae inserviando verum privatarum iactura mihi sit faciunda, Nemo enim in Republica gratis bonus est.*

ni nominis, cuius verba exhibemus, quae ejus rei multos testes extare dicit. (a) Et ausus hic aliquid ipse Derrerus, cuius Partem I. omni encomio dignam vidimus. Num plures extant, vix scire potuimus, cum liber, nostri temporis Iuris-Consultis, sit fere ignotus. Monet ille Carolum V. ut id opus suscipiat, sed obstiterit his consiliis, haud dubie motus bellici. Nec postea in Imperio fuit, qui id serio tentaret, potius cuncta pristinae & inolitae jam confusioe relicta. (b)

exterus RODERICUS Zamorensis, in Germania Seculo XV. versatus, & litium paucitatem miratus, cuius verba hic dabo. (a) Rediret is ad nos, inventurus sane erat, diverso plane elogio dignos. Videret Germaniam Iuris librorum tum exterorum tum indigenorum farragine obrutam; Disputationes ingentes de Iuribus ipsis eorumque valore; deprehenderet ubique eorum fati, qui Iura pervertere allaborarent, ita ut barbarum nec modus sit nec finis.

§. 6.

Profecto jam illo Maximiliani I. tempore, Germania a veteri simplicitate desciverat, & Studiosis Iuris, catervatim quasi ab Academiis redeuntibus, litibus omnia ita repleta, ut nec Suprema Imperii Dicasteria, nec cujuslibet regionis fora, sufficerent. Praecipue id autem accidit, Maximiliani I. Imperatoris mortem secutorum temporum fato. Ante eum pauciores lites, & per indoctos saepe, sine ullo ulteriori remedio, decisa. Docet id

§. 7.

Corruerunt sane Doctores nostri placitis suis, quamcunque demum Iurium speciem. Et ut in Iure, Statum privatum regente subsistamus, primum solenni sua voce: *nihil sine lege*, leges ipsas, legibus opponentes, nec veram Iuris rationem satis indagantes, inde Romana, patriis oggerentes, Romanis, Canonicam aequitatem, Ius ipsum scriptum reddiderunt plane incertum. Quin, ipsos Imperantes interdum corrigere, aut eorum Leges, pro lu-

§. 5. (a) Iurisprud. Lib. I. Epist. Dedic. ad Carolum V. & Ferdinandum Fratres, fol. 4. ubi ita: *cujus rei testes extant viri clarissimi & fide digni, qui tam inclysi Principis à Secretis, & sacris scriniis proximi fuerunt.* Scribebat vero anno M. D. XL. ubi multi adhuc vivebant, qui D. Maximiliano inservierant.

(b) De Conatibus variis STRUV. Hist. Iur. C. VI. §. 43. p. 557. sqq. & ANONYMUS Medicinae rabulismi p. 34. sqq.

§. 6. (a) RODERICUS Zamorensis Pauli II. Papae Referendarius Seculi XV. Spec. Vitae hum. L. I. C. 18. fol. 21. *Vidi ego in Germania urbes, quam plurimas populatissimas quidem atque optimas Politia gaudentes, in quibus civis unus Iuris gnarus, in decidendis causis penitus inexperius, sociis Civitatis causas, brevi momento, pacifico & incredibili silentio terminabat, ubi NEC ASSISTENTIA ERAT ADVOCATORUM, NEC ALLEGATORUM INGENUOSA ALTERATIO.* *Scrupenti igitur mihi atque quaerenti: cur in tanta urbe, tam parva atque perpaucae causae agerentur, quidve causae erat, quod nullus ibi Advocatus adesses, responsum eandem est, cum faceto modestoque risu, ultimum esse causam primi.* *Addebantque, ut ego mihi ipsi inquirendo satisfacere, ac si aperte dixissent: pauculas admodum causas, in tribunalibus esse suis.* *Cujus rei alia erit ratio, quia nullum, qui eas proponeret, Advocatum facile admitterent.* *Profecto non insulsam eorum dictum puto.* *Plurimi quidem nequaquam plerumque litigarent: quinimo aliquid forsitan injuste passerentur: nisi Advocatorum promissas adesses, atque eorum sollicitudo, qui vincere polli-*

bitu restringere aggressi sunt. Inde ad consuetudines certas conversi, *rationabilitatis* ut loquuntur, egregium videlicet principium, de quo nos aibi diximus, (a) Legum tormentis eo exploris, hisque male applicatis subnixi, iis opposuerant, quo, si id quidem pote, & ipsae incertae forent. Subvenit alius egregius argumentandi modus, & consuetudini & statutis vim faciens, nimirum ipsis id tantum licere, quod pacto effici queat; (b) quin & Consuetudinem & Statuta, ex Iure communi, esse restringenda, interpretanda, & alia huiusmodi. Itane pacta privatorum, cynosura videntur actuum Imperantium, & placiti totius Civitatis, multis actibus comprobati, & pro cuiusque, vel leviter icti, voluntate arbitrio, in irritum cadent?

§. 8.

Si ad *Iura personarum* accedas, ex servis liberos, praesumptione generali pro libertate; rursus ex liberis servos, praesumptione itidem generali, ex statu rusticorum, & praesumptione generali à vicinia petita reddunt. Nostros etiam homines proprios, quos tamen Romanos effecerant, (§. 1. fin.) servituti Iuris Romani adscribunt; quaeque ipsis, pro modulo Germaniae, ex Romana libertate relicta, potestate sua tollunt. Denuo Dominorum Iura certa statave, e. g. Ius mortuarium, ut iniquum exesse voluerunt. (a) Rursus insigni beneficio, emancipationes, ado-

ptiones, arrogationes, foro nostro aptarunt. Tutelam vero suis commentis aptarunt, & pactitiam exesse iusserunt. In *Rerum-Iure*, totam Domini & possessionis rationem turbarunt, momentaneam possessionem certi olim Iuris, maxime incertam reddiderunt, servitutes, quae in facto consistunt, turbidas fecerunt, praescriptionem, memoriam omnem excedentem, miro artificio Iuribus affinxerunt, (b) & nihil fere intactum reliquerunt. In materia vero *testamentorum*, Publica, in Iudicio, coram paucioribus septem testibus, condita, inprimis aggressi, circa Fidei-Commissa etiam ita verlati sunt, ut vix ingentia eorum volumina, sine bile, evolvantur, *Successionem autem ab intestato*, inprimis illustrem, longe pejus adhuc habuerunt, *Successionem conjugum*, & quicquid Roma nescivit, offuciis suis turpe reddentes. Iam de legitima, quae Iuris naturae ab iis dicitur, inprimis illustri, quantae & quam vanae, in successione aut testata, aut intestata, lites? Nec minus in *pactis*, cum in univertum, tum renunciativis, aut conservativis, quae litium ambages? *Criminum* vero, ac *poenarum* tota fere periit ratio, & cum Processu ideo instituendo, magis Doctorum placitis, quam legibus relinquitur. *Processus* autem Civilis et Consilii Aulici, et Camerae Imperialis, a moribus patriis diu satis traductis pendens, ex iisque in litteras relatus, (c) plurimum ex Doctorum molimi-

• §. 7. (a) *Differs.* de Iure Observantiae ac Consuetud. 1743. Giffae defensa. §. 7. lit. C. inter *Semestria*.

(b) MUSCULUS cum cit. de success. convent. & anomala. p. 12. sq.

• §. 8. Vide STAMMIUM de servit. person. p. 693. n. 8. ubi egregii id genus flosculi, legibus Romanis subnixi.

(b) Vide TOMIUM IV. Meditationum nostrarum p. 660. sqq.

(c) Confer BLUM de Iudicio curiae, & infra specimina §. 53. sqq. danda. Nec non *Appendicem V.* in fine.

nibus tulit. (d) Nec aliud accidit communi, inferiorum iudiciorum, Processui, qui in singulis ferme capitibus, naeniis haud caret.

§. 9.

Eo vero haec omnia per transfennam, ut cognoscas, rectius nobis fuisse consultum, si Iure nostro antiquo, usque huc uti licuisset. Sed cave credas, me ideo illorum Sectae accedere, qui *Ius Romanum Germania exturbarum* cuperent, & vel nostro Seculo, Germanicis legibus, patriis moribus, unice regi optarent. Hi dum Scyllam vitare volunt, in Charybdim incidunt. Ipsos oportet Imperii Recessus, ipsam Ordinationem criminalem, cum iis, quae in utraque, Summorum Imperii Dicasteriorum Lege, de Iure Romano, per vires dicta sunt, foras amandent, si Iuri Romano exilium indicant. Commeare jubeant Statuta recentiora, Ius Romanum simul sonantia. Exigant itidem Canonum Iura, quibus salvis, Romanam haud secus conservabunt. Reddant Germanis, omnes earum aetatum mores incorruptos, quibus utebantur, antequam de Romanis Legibus, sermo in univrsum haberetur. Et tandem redeat, illud aequi bovine studium, quo olim Germani celebres. Haec cuncta si fieri nequeant, uti id, ad impossibilia, omnino pertinet, utantur necum Legibus Romanis, addiscant Canonica, invigilent Germanicis, & ingenio, his omnibus, ex suis fontibus, rite subacto, bonamente, & sano facipite, ad res gerendas

accedant, ubi Historia Iuris probe imbuti, facile invenient, quo pacto, res in foro occurrentes, quaeque ex suis veris ac justis principiis, dijudicandae sint. Id vero secum pensitans, facile invenient, me eorum Sectae adiacere calculum, qui Romanis debitum locum relinquunt, ita tamen, ut verae Iuris nostri rationi non obsint, quae de re olim jam conscriptus, parvae molis, non tamen contemnendus libellus. (a)

§. 10.

Intelliget ex his unusquisque, quid me gravioribus occupatum, non nullas horas, iis ereptas, *Historiae receptionis Iuris Romani* dicare, impulerit. Sentio videlicet, non omnia, pro rei dignitate, satis exulta, nec exponam ea, quae jam dicta sunt, selecta tantum supplementa congesturus, & proponenda aptis futurus rationibus. Ostendam (1) *Ius Romanum Iustinianum, semper à Iustiniano inde usque ad Lotharium II. aut III. Imperatorem, Italiam esse ex cultum*; (2) *Nec Lotharii, nec sequiorum Imperatorum tempora, Italiae aliud quid tulisse, nisi id, ut ex moribus antiquis, sine nova Lege, Ius Romanum, Clericis, & Fiscis Iuribus applicaretur; in caeteris autem esset fere subsidii loco*, (3) *Receptionem in Germania, post Interregnum imprimis, sensim sensimque per partes contigisse, nulla unquam publica Lege, & quasi in subsidium*. Id autem facturus, in re non ignota, novi quid agam, & id certe, quod non dictum sit prius.

(d) *Exempla alias dedi in Austraeorum & Mandatorum materia, ubi cuncta ita incerta, ut nihil supra. Confer Diss. de Reliquione oppignorati Territorii, de Austraeis, &c. Ipsos etiam Camerae Assessores, Senatores Romanos, lepide satis dixerunt.*

§. 9. (a) *Teutschland ist nicht das Römische Reich, und die Römische Gesetze demselben nicht in allem vorzüglich, doch auch in vielem nöthig. Gedruckt in dem Jahr: Christi 1672. ANONYMI & sine loco, cui quoad rei summam accedo, quod ad reliqua non aequo.*

§. II.

Italiam ergo, a qua, Ius Romanum ad nos processit, & cui multa plane instituta (ex dictis §. I.) debemus, considerans, sane invenies, I. *Ius Romanum Iustinianicum*, semper a Iustiniano usque ad Lotharium II. Imperatorem, Italis esse exultum. Praesuppono hic omnes nosse, Gothos, Imperio Zenonis Augusti, Italiae praefuisse, suis tamen relictos Legibus. Inde Iustinianum, jam anno DXXXV, Siciliam, & non nihil in Italia cepisse. Varia deinde fortuna bellum administratum, & anno DXXXVII, Belisarium Roma, tandem vero Narsetem, 10 LV. omni Italia, Imperio Iustiniani esse potitum. Ex illo tempore, quo primum bellica tempestas, & Iustiniani, sensim sensimque procedentes bellici aequus, illic coeperunt; usque ad illud aevum, quo Longobardi, Italiae sibi vindicandae, animum adjecerunt, nimirum anno DLXVIII. triginta tres anni fluxerunt, quibus decurrentibus, haud dubie, Iuris Romani Iustiniani libri, durante semper Narsetis pacifico Regimine, penitus introducti sunt, & Legum vicem tenuerunt. Praeprimis, cum Iustinianus, suis Constitutionibus nihil non egerit, quo Ius Romanum late propagaret in Italia, *Academia etiam Romana*, & *Salariis Iurisperitorum* restituitis. (a) Hi Iurisperiti ergo docebant illic Iura Iustiniani, cumque simul Romani Iudices essent, secundum illa judicabant. Et is rerum

erat Status, cum Longobardi Italiam ingrederentur. Nec Longobardi simul ac semel, & totam Italiam occuparunt. Sed substitit semper Exarchatus Ravennas. In obsequio manserunt, cum pars Apuliae, tum Calabria, tum etiam Sicilia, una cum Sardinia & Corsica. Quin ipsa Roma nunquam, Exarchatu etiam extincto, Longobardorum sensit Imperium. Cum autem Iustinianus, ut ipsius Constitutiones & dicta ostendunt, Ius suum, omnibus populis Imperio illius subjectis, speciali Constitutione commune, esse voluerit, cum etiam Codex illius & Novellae, pluribus in locis, de Roma & Italia disponant, cum vetera Iura Romana anteriora, cuncta simul abrogaverit, nihil obstat, quin credamus, ex his omnibus satis elucere, eius subditis in Italia degentibus, Ius illius, legis loco fuisse, in tantum, ut etiam Gothorum reliquiae eo tenerentur. (b)

§. 12.

Nemo id negabit, nisi qui totam neget Historiam, quique Ius Romanum Iustiniani simul illectum siverit. Et si dubitet, cuncta vel ex unico MURATORIO discet. (a) Longobardi vero, non Legum aut Iuris mutationi, sed praedae & regioni inhabant. Suis viventes Consuetudinibus, liberum, subditis, veterum Legum suarum usum reliquerunt. Et qui eripere potuissent, ipsi usque ad A. C. 10 CXXXVIII. nulla Lege scripta usi, sed suas consuetudi-

§. II. (a) Egregie haec explicat DE LUDEWIG, vita Iustiniani p. 475. seqq. CONRA-
DI de Scholae Iuris civilis Romanae satis p. 310.

(b) De his enim, nihil separati amplius, postea auditur, atque nec sub Romanis, nec sub Longobardis, quantum sciam, ullibi *electionis Legis Gotthicae* ulla memoria. Et eos aut emigrasse, aut Romanis addictos esse, alii jam demonstrarunt.

§. 12. (a) MURAT. Histor. Ital. P. III. ab anno 536. usque ad annum DLXVIII. p. 419. usque ad 531.

nes non nisi memoria retinentes? (b) Hinc reliqui subditi, exceptis ipsis Longobardis, vivere perrexerunt lege sua Iustiniana Romana, Clerici etiam inprimis, quibus semper ingens in Legibus Romanis praesidium. *Longobardi enim Reges clementi prudentique simul consilio usi, liberum fecere antiquis Italiae indigenis, hoc est, Romani populi reliquiis sibi mixtis atque subiectis, Romanis legibus adhuc uti in contractibus, aliisque actionibus fori, tum civilibus, tum criminalibus.* (c) Haec ille, de primis, post ingressum, temporibus. Nec postea, cum gens Longobarda, ad Christum esset conversa, alia Iuris invaluit ratio, potius Romani Iuris, Clericis semper probati, autoritas magis invaluit. Vnde LUTHPRANDUS Rex, *duo Iura*, in terris suis, autoritatem obtinentia recenset, quibus Notarios adstringit, verbis in ima margine exstantibus. (d) Hinc vero fama celebris illa *Legum electio*, ubi subditis, an Lege Romana, an vero Longobardica vivere vellent? declarare licebat, ita tamen, ut cuique integrum esset, pacto à lege sua recedere, cui voluntati declaratae, tum

Notarius parere iubebatur. (e) Successiones tamen, secundum cuiusque Legem, immutare pactis non licebat. Longobardos etiam exceptione XXX. annorum, adversus Ecclesiam, uti voluit Aistulfus Rex, Romano Iuri Clericorum, in tantum derogans. (f)

§. 13.

Duravit ergo, toto, Longobardici, in Italia, regni tempore, Legum Electio, & de Romanae Legis usu constante, jam docuit MURATORIUS. (a) Leges vero illae, non aliae erant, quam Iustinianae, neque ullum, *Codicis Theodosiani, aut Alariciani*, vestigium. Nec recipi is potuit, cum Theodosius II. Italiae non imperaret. Quin potius charta anno DCCLII. data profertur, ubi Romani Codicis, & Digestorum, in Longobardia, mentio habetur. (b) Et pro actionibus, ex Lege Romana stabiliendis, non alia autoritas, adhibetur, in aetate sat gravibus Ambrosianis Codicibus, Legis etiam Salicae mentionem facientibus, quam Novellarum & Institutionum Iustiniani. Hi tamen ante

(b) Superat in hanc rem LEX LONGOBARDA Edictam dicta, anno demum 638. collecta, de qua PAULUS DIACONUS, de gestis Longobard. L. IV. c. 44. dicit: *Rotharis Rex, Longobardorum Leges, quas sola memoria & usu retinebant, scriptorum serie composuit, Codicemque ipsum, Edictum appellari fecit.*

(c) Refero verba MURATORII praef. Tomi I. Parte 2. in Leges Lombardas.

(d) Apud MURATOR. Tomo I. Parte 2. p. 68. Legum Libro VI. cap. 39. his verbis: *de Scribis hoc prospeximus, ut qui chartam scripserint, sive ad LEGEM LONGOBARDORUM, quae apertissima, & pene omnibus nota est, sive ad LEGEM ROMANORUM, nisi quomodo in illis Legibus continetur. Nam contra Longobardorum LEGEM, aut ROMANORUM non scribant - - & si non potuerint ipsas Leges plene scire, non scribant ipsas chartas.*

(e) Ibidem: *Et si unusquisque de LEGE SUA descendere voluerit, - - istud non reputetur, contra Legem, quod ambas partes voluntarie faciunt. - - Nam quod ad hereditandum pertinet, PER LEGEM scribant.*

(f) In Edicto AISTULFI apud MURATOR. l. c. p. 91. cap. IX.

§. 13. (a) Tomo II. Ant. Ital. Diss. de Legibus Itatorum p. 239. sqq. inprimis, ubi chartas, sub Regibus Longobardicis, compositas praebet.

(b) MURATOR. Ant. Tomo III. p. 287. sqq.

annum MC. jam exarati sunt, & formulas antiquissimas praebent. (c) Nulla contra, denuo id dico, Legum Theodosii, vel minima mentio, aut ad illas, ullibi hic, provocatum lego.

§. 14.

Erat autem Longobardis, Lex Romana *contracta ac breviata*, distincto ordine composita, quam in antiquissimis Codicibus, praesertim Mutinensibus, deprehendisse se dicit MURATORIUS. (a) Quam vero optarem, curatorem, huius Breviculi, notitiam dedisset Vir magnus. Interim haud diversus fuerit, opinor, ab illo libello, quem Ioannes Apellus, teste BALDUINO, ad mare Balticum invenerat. (b) Nec itidem differt APPELLIANUS liber, (huic auctori in eius tyrociniis Iuris etiam saepies (bb) memoratus) si

cuncta, de eo ab Apello prolata, rite componas, à CORPORE LEGUM, Francofurti & Lipsiae 1743. in 4. mea opera, praefamine, & aliis additis, quasi revivere iusto. Quod enim Ioannes APPELLUS de ordine & reliquis refert, hic omnino deprehendis, ut adeo meus, & illius liber, unus idemque fuerit. Sed de Muratorianis Codicibus, nondum certi quid, extricare licuit, mea desideria licet, pro summo in litteras favore, egregie juvante, Ill. & Excel. Mediolanensi Cancellario, Comite CHRISTIANI. Hariolari ergo pergam, & Muratorium existimabo meum librum signare. Inventus certe & editus (c) erat hic liber cum Legibus Longobardicis, & Iuliani Novellarum epitome, secundum Editionem, illic a me citatam, PARDULPHI PRATEII. Habes ergo haud dubie, ex

(c) Apud eundem MURAT. T. II. Part. 2. Scriptorum Italarum p. 163. sqq. post Leges Lombardas.

§. 14. (a) Cit. Tomo II. Ant. p. 223. lit. D.

(b) Apellum nec habeo, nec in REUSNERI Collectione, aut alias, hic legere potui. Sed BALDUINUS Comment. ad Instit. Prolegom. fol. 15. edit. Paris. qua utor. 1546. fol. ita: *Certe Ioannes Apellus refert, sese ante aliquos annos, ad mare Balticum, in parva quadam Bibliotheca vidisse antiquissimum, horum INSTITUTIONUM EXEMPLAR CONSCRIPTUM TEMPORE HUIUS LOTHARII. Et ejus quidem Dispositionem & Oeconomiam non paulo aptiorem esse, quam sit ea, quae hodie recepta est. Primi libri titulus erat de Iure Personarum. Caeterum tituli de Iustitia & Iure, item de Iure Naturali Gentium & Civili, erant quaedam veluti Prooemia. Secundus autem liber, usque ad titulum de obligationibus protendebatur. Tum tertius ab eo loco, usque ad titulum de actionibus. Ad principium quidem tituli de Donationibus subiciebatur titulo de Legatis Libro secundo: nempe, quod agat de Donationibus, causa mortis, quae legatis similes sunt. Reliquum vero eius tituli, in quo agitur de donatione inter vivos, subungebatur titulo Mandati, libro tertio. Sed & titulus, quibus modis tollitur obligatio, praecedebat proxime, titulum de actionibus, ultimumque locum ejus libri tertii occupabat. Postremo titulus de actionibus, cum iis quae sequuntur, liber quartus erat. Cujusmodi ordo & dispositio perspicue ostendit, librum primum continere tractationem personarum: Secundum vero, modos, quibus Iure Gentium, vel Civili, acquiritur Dominium. Tertium causas, ex quibus nascitur obligatio. Quartum, ipsum effectum & vim tum Domini, tum obligationis.*

(bb) Ex edit. Schefferi p. 58. 65. sq.

(c) Dum de his loquor, in memoriam recurrit, me apud DREYERUM in Tr. de usu & habitatione Iuris Anglo-Saxonici p. 52. legisse, Librorum Meyer, 1495. coenobio Bordeholmenfi inter alia legasse: item parvum Volumen, in se continens, quatuor partiales Institutionum. Est vero coenobium ad mare Balticum, & verbum partiales, aliquid aliud, quam ipsas Institutiones, signare videtur. Forte ergo hic locus est, Appellio signatus.

mea Editione, illum ipsum libellum, quo, tanquam Iustiniani Legum Epitome, Itali & forte etiam Afri utebantur, quique ideo antiquissimis MSCtis innexus est. Et hoc stante, etiam in eo confirmabere, non nisi solo univoco Iure Romano Iustiniano, Longobardorum rebus florentibus, in Italia usum aliquem contigisse. Gaudeo vero eo amplius de meis curis ei impensis. Is ergo libellus erat, quem Legis Romanae loco, receperunt Longobardi; quem penes se habebant Iudices secundum Legem Romanam, & ex quo Iura, tum, & docebantur, & discerantur. De Editionibus autem reliquis, eum concernentibus, in praefamine illius, affatim dixi, nec repetam alibi prolata. (d)

§. 15.

In eo statu res erant, cum *Carolus M.* Longobardorum regno in Italia, finem daret. Notiora haec sunt, quam ut meo calamo, illustrari debeant. Nihil in antiquis moribus migravit *Carolus*. Et cum anno 774 regnum Longobardicum sibi vindicasset, pro prudentia, cuncta ita, uti prius erant, disposuit, ne videlicet, novi Imperii subditos, caederet. Ideo Ecclesia Gallicana & Iura, illic seculi utebantur

sub Carolidis Theodosiana, Itali Iustiniana lege, (§. XIII.) dictis formulis actionum id demonstrantibus. Et similes etiam formulae, meo LEGUM CORPORUM insertae. In omnibus Carolidarum, ad Italiam directis Capitulis, neque enim cuncta Capita eo pertinent, (a) ne umbram quidem *Theodosiani Codicis* inveneris. Sed & ipsi Franci, Carolidarum & paulo sequiore aevo, non solis legibus Theodosii utebantur. Et cum Ius totum Romanum, iis qui illud elegerant, haud secus ac in Italia, apud Francos in Francia relinqueretur, quis eos unquam, ad Leges Theodosianas solas restrinxit? Utebantur ergo pro lubitu, Romani, in Francia, aut Theodosiana, aut Iustiniana Lege. Ita *HINC MARUS* Rhemenensis in Francia, *Caroli M.* fere aequalis, Codicem & Novellas saepe allegat, & plura ipsorum CAPITULARIUM loca, eo adducere licet. (b) Pontifices vero, & ante haec, & circa eadem tempora, unice Iure Iustiniano, ejusque autoritate, sua munivisse, dictus *STRUVIUS* itidem demonstravit. *Ludovicus etiam II.* iudices jubet, ut discant *Legem scriptam*, ubi cum de causis Italiae Ecclesiasticis loquatur, haud dubie, de *Iure Iustiniano*, sermo habetur,

(d) Eo loco à me §. IX. tentatum, an forte ipsi Iustiniano aut Iustino II. adscribi queat. Ad sequiora certe, cum Longobardi eum in Italia invenerint, non pertinebit. Forte vero ipsius Iustiniani opus fuit, in usus Afrorum & Itolorum, Graeca non callentium, nec diffusis legibus adfuetorum, cum à Vandalis illi, hi à Gothis regerentur.

§. 15. (a) *MURAT.* Ant. T. II. p. 235. sqq. ubi latius id probat, & eas tantum leges Italiae destinat, quae cum consensu Italiae Procerum latae, & LL. Longobardis additae, in quo ego ipsi facile accedo.

(b) Excerptis jam ea, nec actum agemus, *STRUV.* Hist. Iur. cap. V. §. 7. p. 369. sq.

(c) Extat haec Lex ex *Estensi Cod.* ap. *MURAT.* T. I. Parte II. Scriptor. p. 156. §. 4. his verbis: *De iudicio autem iudicis tam frequenter commemoramus, quia omnino consuetudinem iudicandi injuste, iudicibus auferre volumus. Sed tantum SECUNDUM SCRIPTURAM iudicent, & nullatenus secundum arbitrium suum, sed discant pleniter LEGEM SCRIPTAM. De quo autem non est scripta, hoc nostrum Consilium habeatur in quibusdam.* Add. T. I. Ant. p. 492.

(c) cum Clericos Italiae, sciamus, nullo diverso Iure, unquam fuisse iudicatos. (d) Anno 1033 XI. Mutinae, Emphyteusis Ecclesiastica mora biennii finita dicitur, quod Codici Iustiniano unice adscribendum. (e) Et MURATORIUS, de Ludovico Pio quoque censet, eum in revocandis Emphyteusibus Ecclesiasticis, ubi ad *Legem Romanam*, in CAPITULARIBUS provocat, non nisi de Codice & Novellis Iustiniani sensit. (f) Lex etiam Maiestatis, Romae anno 1033. contra eos, qui Pontificem Leonem aggressi erant, adducta, haud dubie Iuris Romani Iustiniani specimen praebet, ex ANNALIBUS ASTRONOMI & alias addiscendum. Et Leo IV. iudem Legi Romanae conservandae studuit a 847. (g)

§. 16.

Imperatorum Saxonorum huc facientia, parce nobis supersunt. Electiones sane Legum durasse, non paucis exemplis scimus. (a) Si verum foret id, quod de Otone I. refert CRUSIUS, (b) eum, studium Iuris Civilis, in Curia sua instituisse, & voluisse, ut Nobiles ei adscribendi, Leges prius discerent, huc quidem id addu-

cere liceret. *Berengarius I.* vero, circa ista tempora, nimirum a 1033. poenas criminis laesae Majestatis, ex *Lege scripta* determinat, haud secus ac Carolus M. (c) Et de caetero, nihil in veteribus Institutis mutatum. Nec GRANDIUS admodum ab eo remotus est, ut credat, durasse Academiam aliquam Iuris-Consultorum, Iustiniani Iuris Interpretum, Ravennae, autumatque, ODOFREDI & PETRI DAMIANI narrationes eo pertinere posse. (d) Deinde etiam concedit, illic morantes Iurisperitos, sequioris aetatis hominibus, doctiores fuisse. Et certe non inficetum est credere, à temporibus Exarcharum inde usque, Scholam Iuridicam, illic, Ravennae nimirum, pro Iudiciis durasse, cum eos discere Romana oporteret; praeclestosque adeo esse COPORIS LEGUM & Novellarum, IULIANI Libros. Cum & hos ultimos, Pratejus Legibus Longobardicis additos invenerit, atque LUDEWIGIUS, fideliorum manu exaratorum probet, magnam, Iulianae Epitomes, in Occidente, fuisse auctoritatem, & forte ipsius Iustiniani temporibus, illam deberi, (e) res adhuc magis probabilis redditur. Probasse etiam Romanam Ec-

(d) GRANDI Ep. de Pand. p. 15. sqq. late, & MURAT. T. I. Ant. p. 264. ubi tamen observes, in Episcopis praesumptive electionem obtinuisse. Forte itidem illa, quae a Longobardis constructa privatis Monasteria, Longobardico Iure, per exceptionem usi, uti id, de Farsensi celeberrimo, in Tuscia, apud MABILLON Diar. Ital. P. I. p. 60. sqq. an. 990. decisum nisi alia ratio subsit.

(e) ap. MURAT. T. V. Ant. Ital. p. 957.

(f) Tomo III. Ant. p. 171. sqq.

(g) Canon 13 distinct. X. ap. GRATIANUM.

§. 16. (a) MURAT. Tom. II. Ant. p. 239. sqq.

(b) Annalib. Suev. P. II. Lib. 4. p. in 107. Tomo I. CONRADI etiam Orat. de Scholae Iuris Civilis Romanae fati putat, p. 312. qui a. 963. pacto inter Leonem VIII. ac Ottonem M. interfuert *Legis Doctores*, fuisse Professores Romanae urbis.

(c) Ejus verba apud MURAT. T. III. Ant. p. 763. sequentia: *qui suo Regi est in fidelis, convictus juxta sanctam Legem. res ejus infiscatur, & animae suae incurrat periculum.*

(d) Epistolae de Pandectis Ed. altera. p. 51. sqq.

(e) Dicta vita Iustiniani §. 41. p. 251. sqq.

clesiam hanc Novellarum Epitomen, eaque semper usam, (f) pluribus idem autor probatum dedit. Et Iuris-Consultorum viventes, sequioribus haud parum doctiores, nobis sistit citatus GRANDIUS. Forte ergo id, quod CRUSIUS supra citatus dixit, ad Iurisprudenciae Scholam; in Palatio Ravennatenſi, ubi saepe commorabatur, per Ottonem I. restitutam, pertinere posset. Romana etiam Schola, sub Ottone III. a. 999. summae autoritatis. Unde ille, & Pontifex Silvester in lite Farfensi hoc modo: *Jusserunt eidem Abbati venire Romam, ut quid inde facturi essent, Iudicium sententia diffinires.* Roma ergo tum quasi Curia Superior, & sedes Iuris. Nec repugno, hos iudices fuisse Professores. Quod vero maximum est, hi Iudices, secundum Iura Iustiniani judicaverunt. Sequitur enim: *Respondentes iudices dixerunt: Secundum Legem, modo investituram perpetualem dare debetis huic Abbati-- quia IUSTINIANUS IMPERATOR praecepit; contumacem tertia vice citamus, datum iudicium firmum est. Item & in alio loco idem Imperator dicit: Litigator, si se subtraxerit, & tertio acclamatus non comparuerit, inter absentes iudicium datum firmum est, (g)*

(f) Vide Epistol. Papae Iohannis VIII. 68. & CONRING de Orig. Iur. Germ. c. 20. cum nova Edit. Hist. Iur. HEINECCI p. 557. sqq. & 574.

(g) Omnia huc spectantia leges in charta apud MABILLON Annal. Benedict. Lib. LI. num. 95. p. 130. Tomo IV. Quae vero ex Legibus Iustiniani citat, sunt CORPORIS LEGUM L. IV. c. 6. §. 3. Causa autem, post immissionem in contumaciam factam, plane cecidisse Monasterium Cosmac & Damiani vides, nec quaestionem amplius fuisse de Iure, sed de contumacia, cum is crederetur, bonam causam non fovere, ex praesumptione, quam Barbari, Iuris & de Iure vocant, qui ter legitime citatus, post inducias mansisset contumax. Ferebat illud Ius Romanum Italiae receptum, aut potius illius Interpraesatio, NOVELLA enim CXII. c. 3. ab his placitis, quibus Otto III. in charta Farfensi usus est, quodammodo differt. Repetit autem hanc chartam Farfensem ex Mabillonio MURATORIUS; Script. Ital. Tomo II. Part. 2. p. 499. sqq. nota, ubi & de lite pluribus agit.

§ 17. (a) Ap. MURAT. Anecd. Lat. p. 207. & Tom. I. Parte II. p. 175. seqq. inter Lombardas Leges. Ex quo deinde depromsit GEORGISCH.

(b) MURAT. Ant. Ital. T. I. p. 387.

(c) MURAT. T. I. Ant. Ital. p. 18.

(d) IMPERATOR CONRADUS A. ROMANIS IUDICIBUS. *Audisa controversia, quas*

§. 17.

In Henrici S. Saxonum novissimi, Capitulari Argentinae condito, *haereditatem intersectoris, in fiscum redigi* in Italia debere, statuitur, quod haud dubie Romanorum est, cum fisco bona damnatorum addicere, nostratibus insolens. (a.) Sub eo anno MXVIII. in Comitatu Ticinensi referuntur *Legem viventes Romanam*, (b.) & electionis Legum facultas duravit ubilibet, multis omnino exemplis. Conradus vero II. ampliore mihi percentendus est stylo. Hujus aevo iterum homines *Legem viventes Lombardam, & Legem viventes Romanam.* (c) Cum autem Romae, diu inter Iudices viguisset discordia, num etiam forte Lege Lombarda illic vivere, & causas decidere liceret, novam Constitutionem, usque huc anecdotam condidit Conradus, qua intra Romanae urbis moenia, & de foris in Romanis pertinentiis, lites, Romanis Legibus duntaxat esse terminandas, edixit. Fugit hoc decretum Conradi, MURATORIUM; ego vero illud, ex Codice Bossano, Lipsiae, excerpti curavi, cui ex MSto Romano adhaerebat, (d.) & in margine sisto. Addita vero erat Romae haec Lex, Legum Longobardicarum Codici, & statim sequitur; *explicit Liber*

III. Legis Longobardorum. Plane diversum a reliquis ordinem, hic Codex membranaceus antiquissimus servaverat, cujus lectiones differentes, in itinere, LINDBROGII Codici Legum antiquarum, adscripserat possessor. Me autem juvat Constitutionem temporis & Analogiae rationi congruentem, nostrorum etiam Regum, Iuris in Romam ipsam testimonium ferentem, (e.) primum publici Iuris reddere. Conradum II. vero, multas alias praeterea Leges, Italis dedisse, vel sic constat,

§. 18.

Sub *Henrico III. IV. & V.* crebrius apparent monumenta, & amplior nobis eorum superest seges. De Electione Legum *Longobardicae, Romanae,* & post Caroli M. aquaestum, investitae *Salicae, Bajoricae, Alemannicae,* & crebro ejus usu adhuc durante, nullum dubium; nec desit ille, nisi Seculo XIII. Longobardis quidem suo Iure relictis, Legibus autem Romanis, caetera omnia inundantibus. (a.) Henricum III. legas, in *Legibus* cautum esse dicere, & postea ad *Codicem* Divi Iustiniani provocare, in gene-

rali, Italis, Turegi promulgata Lege, postmodum has, *Sacras Leges praedecessorum nostrorum* appellare, & in Imperiali suo Iure addere, ut nemo audeat propinquo desponsatam uxorem ducere. (b.) Hic Codex Iustiniani, Lex praedecessoris, & in Imperiali Iure aliquid additur, quod nescio, an Authenticam quandam, Codici addendam, sapiat. Pandectas autem ferrius ad usum deductas, notat MURATORIUS in notis. Hic Henricus secum habebat *Legisperitos*, qui non alii, his ita suppositis, quam Romani. (c.) *Leges* enim hic *κατά τοὺς Ῥωμαίους* Romana. Apud eum *Burgundio* & alii Iudices Sacri Palatii, anno CI>LV. (d.) in Roncalio. Idem *Burgundio*, & alias circa haec tempora, ut Iudex Palatii refertur. (e.) Fallor vero, aut hic eum ipsum Burgundionem inter S. Palatii Iudices invenies, qui Novellas, ex Graeco, in Latinum Sermonem convertisse dicitur, quique eo ipso, Iuliani Codicis, in foro, autoritatem abrogavit. (f.)

§. 19.

Johannes Grammatico & Iurisprudens Veronae 1073. se listit. (a.) *Redulfus Legis*

hactenus inter Vos & Longobardos iudices versabatur, nulloque termino quiescebat, suncimus, ut quaecunque admodum negotia mota fuerint, tam INTER ROMANAE URBIS MOENIA, quam etiam DE FORIS IN ROMANIS PERTINENTIIS, a clero Longobardo vel reo, à vobis duntaxat ROMANIS LEGIBUS terminentur, nulloque tempore reviviscant.

(e) Forte hanc ipsam ob causam, illud Capitulare nondum editum est. In Vaticana certe latet, §. 18. (a) MURAT. Ant. Tomo II. p. 280. sqq. Plura vero habes exempla annorum 1091. 1092. & 1111. hujus electionis, apud ipsum T. I. p. 419. & 427.

(b) IN LEGIBUS LONGOB. ap. Murat. T. I. Script. Ital. P. III. p. 178. sqq. ubi Constitutio Lotharii I. partim renovatur.

(c) Vide ejus diploma ap. TOLNER. Hist. Palat. Cod. Dipl. p. 27

(d) MURAT. Tomo III. Ant. p. 645. sqq.

(e) MURAT. Ant. T. IV. p. 571. 573. a. 1055. & T. I. p. 474.

(f) PANCIROLL. de claris Interpret. L. II. c. 15. sub Bulgaro, qui *Odofredo* autore utitur, Iudicem autem Pisanum vocat, cui muneri, cum simul praefuisset, nil impedit. Eo vero Burgundionem Novellarum interpretem Iuniorum vult GRANDI de Pandectis p. 98. sqq. & ad FridERICI I. tempora refert. Sed in Epitaphio Iunioris filius, apud PIGNORIUM Symbol. Epiit. p. 158. sqq. de Novellis nil dicitur. Et versio magis antiqua est.

§. 19. (a) MURAT. T. I. Ant. p. 401. Nescio an forte ille, cujus MURATORIUS T. II. P. 2. Ital. praef. ad Chron. Farsense, praeclearam habet mentionem.

DE RECEPTIONE IURIS ROM. III

Doctor, scil. Romanae 1079. legitur, (b) *Vberius Legis Doctor* 1075. cum Beatrice, Duce Thufciae, versabatur. (c) Lex autem illa Cardinalis, Romana. Lego enim Mathildim Duce[m] dicere, causa cadentem, *juxta legem, damna litis omnia sustinere*, (d) quod Romanum est. Apud eam, in placito, allegantur Institutiones & Codex a. 1098. (e) Otto Notarius S. Palatii & Legis Lector, refertur cum Anselmo Causidico, Iurisque perito, Mediolani 1095. (f) Sed licebat adhuc, a Lege Romana abire, & ad Salicam, aut Longobardicam se convertere, ut ita Clerici fere unice indissolubili nexu tenerentur, quod a. 1071. adhuc factum, animadverti. (g) Nec aliis destituimur exemplis. Manasses Archi-Ep. cui, cum Pontifice, res erat, a. 1069. saepe provocat ad Codicem Iustiniani, ut Legem, a Romana Ecclesia probatam. (h) Ipsi Pontifices, noverant etiam Iura Iustiniani Romana, iisque saepe, aut innituntur, aut ea gradibus cognationis, interdum non rite, applicari ajunt, uti id inprimis ALEXANDER II. an. 1065. egit, quem loco omnium adducimus. (i) Notabis, com-

muni voce, *Leges Seculi* tum dictas Iustinianaeas. Et inde magnus Pontificiae potestatis stator, *Petrus DAMIANI*, variis in locis, summam, Iustinianaeorum Legum Seculi, auctoritatem refert, atque eas, ipsis Canonicis Statutis, opponi dolet. (k) Legatur inprimis hanc in rem, ipsius PETRI Tr. de Parentelae gradibus, ubi *mundanas Leges Iustiniani*, cum *Sacris Canonibus* tangit, & ad Florentinorum Edictum decidit, haud esse ab utroque latere numerandum, non aliud tamen, cui contradicat, allegans, quam *Institutiones*. Interim, licet interdum contra Leges Iustiniani pugnaretur, in proficuis tamen, eae, Ecclesiae Romanae acceptissimae erant. Ita Pontifex Vrbanus II. *Canonica*, & *Legalia* instituta conjungit, & cum ex his, Insulae, Iuris publici sint, ut ipsi ab Imperatoribus donatam, Sardiniam, non potuisse interverti, contendit, a. 1091. (m) Inter Pisanos etiam, ad Henricum V. Legatos, memoratur a. 1115. *Theobaldus Iuris-Consultus, ejus fidelis*, illic Magistratui insertus, (n) ut adeo videas, quaquaversum, circa haec tempora, Iuris Romani Consultos fuisse.

(b) Ibid. T. I. p. 448.

(c) Ibid. T. I. Ant. p. 969

(d) MURAT. Ant. T. I. p. 414. Adde eandem formulam a. 1122. p. 193. ubi sermo est de Canone Emphyteutico.

(e) MURAT. T. III. Ant. p. 647. sqq.

(f) MURAT. T. V. p. 269.

(g) *Berardus filius quondam Winiis, qui fuit SALICO, & Salpa jugalibus filia quondam Rapisii qui professus sum LEGE VIVERE ROMANA, sed nunc pro ipso viro meo, Lege vivere videor* SALIGA. 1071. MURAT. T. IV. Ant. p. 588 sqq. p. 599. p. 783. & similis, circa ea tempora, formula T. I. p. 387. Notator dicta p. 588. adjicit, Ecclesiasticos solos, Romanis, nexu indissolubili fuisse adstrictos, quod p. 599. repetit.

(h) MABILLON Diar. Ital. P. I. p. 120. sqq.

(i) *Caus. 35. qu. 5. c. 2. ita: Et ad hujusmodi profanum errorem confirmandum, in argumentum assumunt SEculares LEGES, quas IUSTINIANUS Imperator promulgavit de Successionibus consanguineorum.* Ostendit deinde late, quam solite Leges & Canonica Statuta erutinaverit, & tandem pro his decidit.

(k) Loca multa notavit GRANDI: Ep. de Pandectis p. 51. sqq.

(l) Operum Petri DAMIANI Tomo III. p. 77. sqq.

(m) In Bulla Pisana ap. TRONCHI Ann. Pisani p. 31.

(n) Id. TRONCHI Ann. Pis. p. 54.

§. 20.

II. meae Disquisitionis capite, ad ulteriora & Lothari II. tempora sensim sensimque delati, illud adhuc monebimus, *Guidonem GRANDIUM*, saepe à nobis excitatum. (a) evidentibus, ex antiquissimis Statutis Pisanis, & aliis argumentis jam effecisse, Henricorum Regum aevo & ante illud, in Italia, Legum Romanarum & usum & studium fuisse maximum. Inprimis vero, provocat ad Epistolam anno CIOCXI datam, quam ex DURANDO & MARTENE hauserat, (b) ubi Monachus quidam, Abbati Bernardo Pisano hoc modo. *Nunc autem quia per totam fere Italiam Scholares, & maxime Provinciales, nec non ipsius ordinis, de quo sum, quia, plures Legibus catervatim studium adhibentes. incessanter conspicio, - Pisas ad exercendum ibi studium, si Deus concesserit, adiero.* Ingens ergo, hoc tempore, Pisis, Legum Romanarum Iustiniani studium, idque sub auspiciis Mathildis Ducis, quae sicut erat eruditissima, PETRI DAMIANI & S. ANSELMII de Luca praecipue consiliis, (§. XXIX.) & decretorum cultum, & hujus Iuris, apprime promovisse, ubilibet dicitur. (c) Iam vero

§. 20. (a) Ep. de Pandectis. p. 6. sqq. & 14.

(b) Collect. amplif. T. I. p. 460.

(c) FIORENTINI Memoriae di Matilda Lib. II. p. 335. sqq. ROTA Notizie Istoriche di S. Anselmo. p. 55. sqq. p. 342. sqq.

(d) Vol. I. P. II. in Praef. ad LL. Longob. p. 5. sqq. Ant. Ital. T. I. Diff. 22. de Legibus Italicorum p. 282. Tomo III. p. 885. sqq. ubi late in haec omnia inquiri, occasione a Litterarum fortuna in Italia nata.

(e) Ita enim ille apud DACHERY, Spicil. T. I. p. 435. scribit: *Romani quoque Principes totius penè Monarchiae dominantes, quorum LEGEM etiam nobis Sacerdotibus in multis CONVENIT OBSERVARE, talia instituta de conjugis loquentes dedere, &c.* Allegat postea verba Institutionum, Codicis & Novellarum.

§. 21. (a) L. VI. Carminum meae Edit. Mog. 1630. 4. p. 242. ubi de Chariberto Rege.

Si veniant aliquae variae murmure, CAUSA

Pondera mox LEGUM, Regis ab ore fluunt.

Quamvis confusas, referant certamina voces,

Nodosae LITIS, SOLVERE FILLA POTES.

Grandio, ejusque, non è trivio petitis argumentis, accedere etiam videas, Virum antiquitatis Italicae peritissimum B. MURATORIUM, qui excussis omnibus pluteis pronunciat, (d) Grandii Sententiam veram esse, & Legum Iustiniani, semper una cum Longobardicis, usum mansisse. Quod ut & ego exemplo anni MCXXX. ut proxime huc pertinente, declarem, dabo in margine, verba OTTONIS Clerici, ad Azonem Episcopum Vercellensem directa, quibus usus Romani Iuris Iustiniani doceatur. (e)

§. 21.

Audisti, Leges Seculi, jam sub Franciscis Imperatoribus, dictas Romanas. Cave vero existimes, ubilibet de *Lege* aliqua scripta, sensu Romano, & tali Iustiniano- rum placitorum autoritate, qualis eo imperante obtinebat, sermonem esse. Diu haec, cum Romano-Graecorum dominatu, desierat vis. Nec putes, de Romanis, stricto sensu legibus, sermonem esse, quando vox Legis, Francicorum Imperatorum tempore, in Italia occurrit. Ut enim, antiqui jam id usus fuit, Lex, saepe pro *Sententia* venit. Ita VENANTIUS FORTUNATUS jam hanc vocem accepit. (a) Et Henri-

ricus II. a. 1020. dicit, *ut sui* (Mantuanus Episcopi) *residentes, placita, vel Leges, non faciant, - nisi ante Episcopum.* (b) Lex etiam 1045. pro iustitia, unde Chartae loquuntur, de rebus *sine Legē potestative, vel eum virtute perditis.* (c) Lex pro *conditione* anno 1125. (d) Lex pro Privilegio aut *consuetudine.* (e) *Legem & iustitiam facere,* est in iudicio comparere. (f) *Legem facere,* aut placito adesse judicialia. 1037. (g) *Secundo Leggi vel iustitia,* ex vulgato Itolorum, secundum dictatum iudicis, vel iustitiam; (h) *contra, citra Leggi,* pro iniuste. (i) *Lex facere,* iustitiam administrare. (k) Saepissime tamen Lex, uti dictum, pro sententia, (l) & in primis apud Petrum DAMIANI, pro sententia iudicis. (m) Aliquoties & alias, huic PETRO, Lex, pro sententia, & alibi, hanc in rem, plura attulimus. (n) Si quis ergo hoc aevo inveniatur, Legem

Salicam, Longobardam, Palatinam, Romanam, non sibi statim Codices Legum, eo modo obligantes, uti id Iustinianus iussit, fingat, sed potius curate perpendat, an non potius, Consuetudo, vel Sententia, intelligenda sit, vel alius, id genus, conceptus; uti id, de Lege Salica, iam notavit Bernard de GIRARD, (o) ubi, pro *consuetudine Francorum Salicorum,* hoc verbum accipi demonstravit, idque argumentis evidentibus. (p) Omnis ergo Consuetudo, omnis Sententia iudicis, omne Decretum, Majoribus etiam Lex. Et sollicito, quid singulis casibus denotaverint, discernendum. Hinc etiam, LEX ROMANA; (q) Consuetudo Romanorum. Et sic Romanum Ius in Italia, simile alteri cuiquam Consuetudini. Consuetudinis ergo, & non alium modum habuit. Nec alio pacto obligare poterant Leges; quarum

- (b) ap. MURAT. Ant. Tom. VI. p. 329.
- (c) *Ib.* p. 415. a. 1001. T. I. p. 407. T. II. p. 7.
- (d) TRITHEM. Chron. Sponh. p. 241.
- (e) MURAT. Ant. T. IV. p. 15.
- (f) *Ib.* T. I. p. 308. a. 1038.
- (g) *Ib.* T. I. p. 348.
- (h) MURAT. T. I. p. 497. sqq.
- (i) *Ib.* Ant. T. I. p. 487.
- (k) *Ib.* p. 196. T. IV.
- (l) MURAT. Ant. T. IV. p. 20.
- (m) In precibus & carminibus T. IV. Op. p. 25. ita canit.

*Iudex sedens in PLACITO,
Non speres de lucratio,
Sed Deum iuste timeat
Et LEGEM cito finiat.*

- (n) De iudicio Palat. §. XX XIX. p. 123. sq.
- (o) de l'Etat de France. f. 189. sqq. THOLOSAN. Praelud. l. I. c. 9. sqq. SCHÖEFFLIN de Eduardi III. in Galliam Iure p. 406. Op. Idem agit HOTMAN de la Loy Salique.
- (p) Contende a nobis dicta PROG. de Iure Hassorum §. IV. p. 10. sq. Hinc vero facile iudicibus de iis, quae DRÉYERUS, de usu genuino Iuris Anglo. - Sax. in Cimbrico p. 75. sqq. contra Kulpisium, erudite prouulit; sunt enim hoc modo, Lex & Consuetudo, nostratibus, plane synonyma.
- (q) Ita Lex Alemannorum & aliae consuetudines Alemannorum & scriptae, non tamen postea, nisi ex Consuetudine obligantes. Ita Lex Romana scripta quidem, sed tamen apud Italos vi consuetudinis, obligans, Regum nostrorum tempore.

Autores, nihil amplius in Italia Iuris habebant. Probe id notandum, cum ex eo simul ratio evidens nascatur, eruaturque, cur Ius Romanum, Leges reliquas, aut Consuetudines, extinguere haud valuerit, ut nullo ampliore, imo pejore adhuc loco constitutum.

§. 22.

Ad Lotharium, his præmissis, revertor. Sub eo Leges Romanas, speciali constitutione, Legis in vicem receptas, asserunt, & quidem ita, ut omnes reliquae Leges, exesse debuerint. Bononienses Iuris-Consultos, hujus figmenti autores laudant. Sed asserunt id illi quidem sine omni ratione. Receptas Leges Romanas, ante Lotharium fuisse, tradidimus. Et forte, uti id Conradi II. Constitutione factum, (§. XVII.) & ipse Lotharius, Iudices Romanos, secundum Leges Iustiniani, judicare iussit denuo. Nihil tamen hoc, ad totum Imperium. Atque non aliud plane de eo certo scimus, nisi quod Bononiensem Academiam quodammodo instituerit, certe confirmaverit. (a) Id vero primo 1133. missis, ad ejus Coronationem Romanam, Irco Beccario, Legum Interprete, Pilio Bagarotto, Glossatore, Publico Lectore, cum Antonio Torrello, & Cesca Petri de Bulgaris, Equiti-

bus, qui pro Bononia, Legationem obierunt, postea, 1136. in Roncalia. Concesserat vero Pontifex Innocentius II. jam antea 1130. huic Academiae, Privilegium, unde etiam ipse funus, illic celebratur, (b) quod anno 1133. Pontifex adhuc repetiit. (c) Si vero Lotharius, Bononiae, hoc Privilegium concessit; si Doctoribus, qui jam, uti id, ad annum 1133. Bononienses referunt, illic extabant, honores largitus est, eosque simul, Equites creavit, nihil inde Iuri Romano, a tot Seculis recepto, accessit; sed potius ejus Doctores Bononienses, honoribus aucti sunt, & eorum, de Iure Scholae, approbatae. Nihil vero Bononienses, in CALENDARIO, cunctas Constitutiones recensente, de Diplomate Lotharii, quo Ius Romanum Iustiniani, unice, in Imperio, vim Legis, obtinere debere iussit; sicut etiam iidem Bononienses, nihil de hoc, unquam invenire potuerunt tum, cum eos Bartoldus NIHUSIUS ideo requireret. (d)

§. 23.

Putidum ergo commentum est, Lotharium II. abrogatis omnibus aliis Iuribus, soli Iuri Romano autoritatem tribuisse. Et substitere semper. eo imperante, cum Iure Romano reliquae Leges, uti supra

§. 22. (a) Ita enim Bononienses, in Kalend. apud SIGONIUM Rer. Bonon. T. III. Op. novae Edit. p. 121. nota 18. recensent: IDEM CAESAR, TAM ROMAE DE ANNO 1133. UT INFRA IN JUNIO, QUAM DE ANNO 1136. APUD RONCALIAS HOC STUDIUM CONFIRMAVIT, ET SUMMIS PRIVILEGIIS AUXIT, ac insuper per Bononiam transiens, Collegium Doctorum EQUITES CREAVIT, aureo torque donavit, & indumentis Palatinis pretiosissimis honestavit, - - cui sis ergo requies sancta, & pax sempiterna. Adde p. 118. not. 12.

(b) Ex cod. KALENDAR. Bonon. lb. p. 116. not. 6.

(c) lb. p. 118. ubi dicitur, Innocentium II. & Lotharium II. apud Lateranum privilegia confirmasse.

(d) Vide hanc Relat. apud CONRING. de Orig. Iur. Germ. p. 321, sqq. ed. 1720. 4. & in Operibus.

(§. XVIII.) notavi. Quin potius quæstio ingens superat, an non vel hodie, Leges Longobardicæ, in Iudiciis Italiae, allegari queant, quam MURATORIUS (a) ne decidere quidem ausus est. Quinimo, Seculo XVI. adhuc dubitatum, num in regno Neapolitano, ac Siciliae, Longobardicæ Leges, in casu differentiae, vel Romanis cedere tantum debeant. (b) Ipsæ etiam Legum Electiones, in Italia postea (uti dictum cit. §. XVIII.) durarunt, cujus rei specimina deprehendo satis illustrata, & dicam tantum, adhuc anno 1185. Mutinae, aliquem referri, qui profiteatur, *se profiteri, ex natione sua Lege vivere Longobardorum.* (c) Cum etiam MURATORIUS, nunquam satis citandus, deprehendisset, Statuta, quæ ubilibet fere, in Italiae Civitatibus, Seculo XIII. & postea, publicari coeperunt, Iuri Civili, esse praelata, asserere non dubitavit, nunquam à Lothario II. Leges Romanas, ut Legem, alias excludentem esse, invectas. (d) Quin, præstantissimum circa hæc testimonium, ipsæ Leges præbent, ubi dicitur: Legem Romanam, nec Longobardicis, nec moribus prævalere, idque adhuc, diu post Lotharium. (e) Disserebat OBERTUS, Frederico I. æqualis, de Iure Romano, & ab objectione, ex eo petita, suis, Feudorum

Consuetudinibus timens, refert: illud quidem contrarium dici, sed non ob stare, aut Longobardicis, aut moribus, sed in *subsidium* licere, illud sine calumnia allegare. Contigit ergo receptio, apud Italos, in subsidium, ut Ius Romanum, in genere, suppleret ea, quæ Legibus Longobardicis, & Consuetudinibus desint, quo ipso Iuri, Romano, vel sic multum accessit. Hoc usu, non autem Constitutione quadam Lotharii generali factum, cum antehac, pro iis tantum esset, qui huic Iuri, per electionem se addixerant, uti id superius retulimus. Is vero mos supplendi, forte etiam erat Lotharii tempore, & aliquanto ante illud, cum Leges Romanas, *Seculi Leges*, generali nomine dictas, supra probaverimus. (§. XIX.) Ut ergo, supplere reliquas, huic Legi liceret, nec opus erat Lotharii Constitutione, nec tale generale præceptum, hæc ferebant tempora.

§. 24.

Tota tamen Iuris Consultorum schola, uti diu satis SIGONII, (a) & Bononien sium Iuris Consultorum quorundam, commento, de Lotharii fictitia, generali Constitutione, jam dicta, fidem habuit, ita adhuc hodie esset additura, nisi historici fide, CALIXTUS Theologus, & CON-

§. 23. (a) Proleg. ad Tom. I. Part. II. p. 5. sqq. in Scriptoribus Italicis.
 (b) MARANTA. Praxis aur. Disp. 2. p. 552. sqq. & THOM. Grammar. ad Const. regni fol. 34. Seculo XII. & XIII. illic cedebant Romana, Longobardicis Legibus. Vid. citata apud RICCIARDUM, de usu Iur. feud. Longob. §. 18.
 (c) MURAT. T. II. Ant. p. 117.
 (d) Tomo II. Ant. Ital. p. 282. & postea p. 284. sqq.
 (e) 2. Feud. I. ubi OBERTUS: *Causarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliae dirimuntur IURE ROMANO; aliae vero Legibus LONGOBARDORUM, aliae autem secundum REGNI (Romani) CONSUETUDINEM. Legum autem Romanarum non est vilis auctoritas, sed non adeo vim suam extendunt, UT VSUM VINCANT, AUT MORES. Strenuus autem Legis peritus, sicubi casus emerferit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus. ABSQUE CALUMNIA VTI POTERIT LEGE SCRIPTA.*
 §. 24. (e) De regna Italiae Lib. XI. ad annum 1137, quæ res refutat recens Notator.

RINGIUS Medicus, nos ab errore liberassent, (b) idque demum, superiore seculo. Horum beneficio factum, ut nemo hodie in clara luce caecutiatur. Quin, communi calculo, haec impostura damnata. (c) Si quid novi, Lotharii tempore, Doctorum privata solertia contigit, illud certe in eo positum fuit, ut Instituta, ac Codicem, loco *Corporis Legum* (§. XIV.) praelegerent, Authenticas, Codici adhaerent, ad ipsa Digesta, interdum, amplioris studii causa, provocarent, & Novellas Iuliani repudiarent. Nova certe inde, huic Iuri, facies, cumque unica fere esset, Iuris officina, Bononia, quae ideo etiam *docere*, & *Legifera* dicta est, (d) hoc docendi genus deinde, unice, longo tempore probabatur. (e) Coluere eam celeberrimi Iuris Consulti, ab ipsis etiam Regibus nostris, summis dignitatibus admoti, ut adeo res eo facilius procederet, discipulis Iurum cupidis, cunctis fere, eo translatis. (f)

§. 25.

Explosimus obsoletam, de Lotharii Constitutione, fabulam, & unde ea descenderit, ostendimus. Sed multae aliae praeterea, à Germanis nostris, ut plurimum, nugae adjectae, ne pro ratione temporis quidem, cohaerentes. Addiderant videlicet nugivenduli: Lotharium, hanc Consti-

tionem ideo edidisse, quia (1) Pisani in direptione Amalitanica 1137. Pandectarum Codicem invenerint, & magni muneris loco a Lothario, pro omni parte, ex urbis captae praeda, obunuerint, inde (2) Constitutione Lotharii, de iis, loco Legis recipiendis, praevia, Wernerius, sive Irnerius, Germanus, à Mathildi, Ravennae adjunctus, eas poliverit, sicque Ius Romanum reducerit, & postea Bononiae docuerit. Quo ipso (3) Iuris Iustiniani doctrina, barbarorum intemperie, antehac penitus amissa, revixerit. (4) Dabitavit jam olim, de veritate, horum in fascem collectorum commentorum, *Frid. LINDBROGIUS*, (b) quia Legibus antiquis, à se collectis, ut putabat patriis, eo ipso aliquid deliqui creatum iri praevidebat. Hodie vero si rediret, tam trepide procedere, vix ei opus futurum esset.

§. 26.

Vt vero longius progrediamur, (1) id quod de Amalitanica, potentis tum Civitatis, direptione, per Pisanos facta referuntur, ut in se verum, ita magni quid habet; sed nullus veterum, Pandectas Iuris Civilis, illic inventas dixit; nullus Lotharium expeditioni affuisse. Non ANNALES PISANORUM antiquissimi apud VGHELLUM, tanti Thesauri mentionem habent, nec is, uti dictum, antehac Pisa-

(b) Non exscribam Historiam, sed adde STRUV. Hist. Iur. c. V. §. 10.

(c) KOPP. Hist. Iur. Civ. Rom. p. 30. sqq. & sexcenti ante eum.

(d) MURAT. Ant. Ital. T. III. p. 886.

(e) Vid. praef. Corporis Legum. §. 25. sqq.

(f) Videantur FICHARDUS & PANZIROLLUS, in vitis, de dignitatibus & auditorum millibus.

§. 25. (2) Confer FORSTER Hist. Iur. L. III. c. 5. 6. DUCK de usu & author. Iur. Civ. Lib. I. c. 14. Ioh. CARIO in Chron. L. IV. p. 848 PANZIROLL de clar. interpret. p. 80 seq. & quos exscribere non vacat. Historiae tamen de Lothario, haud satis fidei adhaerere videtur FREHERUS Dedicat. Iur. Graeco-Romani ad Rudolphum II. p. 5. 6.

(b) Praef. Cod. LL. antiquarum; sed pro eo tantum pugnant, Leges a se editas adhuc valere.

nis ignotus, aut Pandectarum ulla, eo ae-
vo, tanta celebritas, quod cum & aliis, &
alibi, dictum a nobis sit, in eo acquiesce-
mus. (a) Et forte, ab omni aevo, hae Pan-
dectae, Pisae fuere. Aut si Amalfi ad-
vectae, id certe aliquid, sed nihil ad Con-
stitutionem Lotharii, aut totum earum
usum Iuridicum & aliarum Legum, quin
plane, Codicis, vel Novellarum Iustiniani
quodammodo exclusivum, confert. Et
dabimus, Pandectas, inter reliquam Amalfi-
tanam praedam, potuisse Pisae deferri, in
curia deponi, quin imo, ob egregie con-
servatum Codicem, celebrari, nihil tamen
inde ad totam rem. Non opus erat ex-
emplo Amalfitano, ut Pisae nosset Pan-
decten, cum diu totum Ius Romanum nos-
sent. (§. XX.) Et si IurisConsultis, ad
hunc Codicem, ut melioris notae, recur-
rere visum, nec is unicus erat, tot aliis,
ubilibet, antehac, per totum orbem Chri-
stianum, passim adductis; nec hodie in-
solens est, Codicem aliquem e. g. Novi
Testamenti Vaticanum, aut Oxoniensem,
vel etiam, Autoris alicujus Classici, prae
reliquis celebrari. Laudem ergo ac ce-
lebritatem non invidéo.

§. 27.

Quod (2) de Irnerio, & Mathildi, juncto

Lothario, additur, risum omnino meretur.
Is Ravennae, Romae, & Bononiae, Gram-
maticam docuisse, & in ultimo loco, dicta
Civitate, circa annum 1190. vita excessis-
se, scribitur. (a) Sed Mathildis, jam
C10 CXV. vivendi finem fecerat, Ei, nec
Ravenna, nec Roma, nec Bononia, parue-
runt; imo Bononienses, Innocentio II.
fere, Academiam suam rectius compo-
sitam, a. 1130. debent. Et si Irnerius, ad
annum 1190. pervenerit, diu admodum
eum vitam produxisse necessum foret.
Nec Mathildis, Lotharium regnantem con-
spexit. Nec ipsa, *Longobardorum Lege*
vivens, & secundum illius placita, chartas
exarans, Longobardica unquam abroga-
vit. (b) Non ergo, nisi nugarum colle-
ctanea, heic obtuemur. Do, Grammati-
cum fuisse Wernerum, aut Irnerium, sed
Grammaticum, etiam Iurisperiti, & ita,
simul Scribae Civitatum vocabantur, vel
Notarii publici, qui Iurium erant periti.
(§. XIX. & XXIX. not. e.) Haud
ergo opus, ut Irnerius, quem à Gram-
matica, ad Ius delatum ajunt, (c) eo, per
Grammaticam, manu quasi, duceretur.
Vixisse Wernerium Bononiensem Iudicem
C10 CXVI & MCLVIII. denuo oc-
currere, deduxit MURATORIUS, (d)
sed inter Professores, à Bononiensibus, non

§ 26. (a) GRANDI Epistola de Pandectis p. 22. sqq. qui p. 26. Burgundionem Iudicem
seculo XII. Pandecten, Constantinopoli, Pisae detulisse, putat; & id late illustrat. EGO praef.
in Corpus Legum §. XXXII. sqq. p. 17. sqq. Argumenta plurimo coecervavit, litemque ideo
in Italia reciprocata, narravit Argentinensis Notator ad HEINECCIUM Hist. Jur. p. 176. sqq.
nec non Cl. MASCOV. Comment. de rebus sub Lothario gestis. L. II. c. 16.

§ 27. (a) FORSTER l. c. L. III. c. 6. p. 469. sqq. FICHARD. Vitae Ictorum p.
399. ed. novae. PANCIOLOLLUS de clar. Interpret. L. II. c. 4. SIGON. Hist. Bonon. ad
an. 1102. ubi eum, hoc anno, jam rogatu Mathildis, Pandecten interpretari coepisse scribit.

(b) FIORENTINI Memorie di Matilda L. III. p. 5. sqq. BACCHINI Istoria di S. Ben-
derto p. 76. adde p. 46.

(c) SIGONIUS Hist. Bonon. 1102. cum Notat. ODOFREDUS Comment. ad Ius Civ. H.
de Iustit. & Iure. FICHARDUS in Irnerio l. c.

(d) Antiq. Ital. p. 385. seq. ubi Vispergenus fidem liberat.

referatur. (e) Forte ergo Innocentius, aetate Mathildis, & paulo post, in agro Mutinensi, cum Henrico V. constitutus, adeoque Mathildi subditus, cum ei Matina paruerit, diversus a Bononienſi, qui postea occurrit. De caetero, huic Guarnerio Iudici, etiam publico stipendio hanc in rem conductus non esset, Ius profiteri licuisse, eo quidem tempore, ego vel ideo non negaverim, quia omnes, Palatii, & Civitatum Iudices, olim hac Provincia beatos existimo, & Scholam Iuris Consultorum, in Palatiis ac Iudiciis fuisse. (§. XVI.) Solenne plane Germanis nostris erat, ut ADELARDI exemplo & HINC MARI (f) demonstro, ut Palatio admovendi Iuniores, a Senioribus instruerentur, & ut Iuniores Scabini, a Senioribus discerent. (g)

§. 28.

Neque vero (3) opus erat, Ius Romanum Iustinianicum, a Barbaris quasi repudiatum, novas quodammodo vires, a Lothario & Irnero accipere. Vixerat illud in Italia Barbarorum tempore, ut ab iis

simul toleratum. Et Scholae Iuris-Consultorum jam anno CIOCV. Bononiae. (4) Nec Barbari, ad Lotharii II. usque, aut Mathildis tempora, pervenerant, si modo hi fuerint Barbari. Certe minus Barbari, Odoacer, Theodoricus, Luithprandus, Aistaius, Desiderius, quam Odotredus, imo magis adhuc, Accursiani Iuris-Consulti. Et Schola Iuris-Consultorum Ravennas, Pitina, Florentina, longe eruditior erat, illis bellis, quae postmodum Iurisprudentiam dilaniarunt. (b) Barbaros vero vocabant, hi egregii videlicet Iurium Antecessores, aut pedilequi, omnes eos, qui Legibus Romanis, aut suis potius commentis, non utebantur. Nec puduit VRSPERGENSEM Abbatem, Legisperitum, suo tempore, patriam suam, ut Lege Romana non imbutam, *barbaram* vocare. (c) Barbari ergo, his peponibus, cuncti Reges anteriores, cunctae Reipublicae, omnes Iuris-Consulti, commentis ipsorum non gavisi. Quam vero vellem ego, Germanes meos, semper eum in modum Barbaros mansisse, Emenda fuisset, quovis pretio, vetus illa

(e) In CALENDARIO p. 118. & 121. Tomo III. operum Sigonii, ad an. 1133. & 1136. Dicere id novi MORENAM, Muratorio citatum, sed forte is sequitur recentiore manu, ut videtur, est interpolatus.

(f) Confer Opusculum de ordine Palatii HINC MARI, cum inter Opera illius, tum alibi extans. VII & de Adelardo.

(g) BRUMMER de Scabinis c. IV. CHRON. LIMPURG. p. m. 71.

§. 28. (e) Ex CALENDARIO ap. SIGON. Bonon. anno 1207. n. 43. p. 188. Tomo III. Operum.

(b) Guido GRANDI in Epistola de Pandectis p. 91. seq. qui hoc egregie demonstravit. Et is cumque, qui Corpus Legum confecit, (§. 14.) homo Iuris Romani peritissimus. Cf. VALLA contra Bartolum f. 23. 24.

(c) VRSPERG. ad annum 1171. ubi: *more Teutonicorum, qui sine Lege & ratione, voluntatem pro Iure stantes, contra Imperatorem hoc Ius tenere voluerunt.* ID. an. 1187. his: *litteras pacis appellans, nec alius Legibus utuntur, tanquam gens aggressis & indocita.* Et tamen in primo casu, longe a patria, extra provinciam, ad curiam evocari, grave sibi, & recte, asserbant majores, observantiae ianixi, ac rationi; in secundo autem, Pace Publica statuta, ab armis, quibus tum umce incumbabant, Lege semel stabilita, recedebant; beatiores sane gente Itala, Legibus imbuta, ne in pace quidem, odia tum deponere.

barbaries, non satis apte, tot Glossis miserrimis, tot in Pandectas nugis, commutata, quo in magno turbine & insipientia, sapientiores, & nobis, aliis videmur.

§. 29.

Progredior vero tandem, à cortice, ad veram Historiæ receptionis, commentorum, loco Iuris, apud Italos, seriem. Otium mihi hic quodammodo fecit, VIR ERUDITISSIMUS, & nuper admodum. (a) Superfunt præter Nugatores Bononienses, ab his temporibus magis remotos, & Glossas, loco cerebri habentes, duo testes, nec ipsi quidem omni exceptione majores, sed tamen tales, qui ferri queant. Primus ROBERTUS à MONTE Abbas, Seculi XII. Scriptor, qui Lanfrancum Papiensem, cum Guarnerio digesta invenisse, & Bononiæ prælegisse,

scribit, si modo non Codicem designet. Huic MURATORIUS l. c. multa objecit, nec mihi etiam is, de anno, testis satis idoneus. Sed si hunc Guarnerium, diversum, a socio B. Lanfranci, statuas, res erit expedita, quod jam fecit litteratissimus quondam Guido GRANDI, (c) & simul, Scriptorem nostrum, ab omni objectione vindicavit. Id quod nobis etiam supra usu venit. (§. 27.) Lanfrancum vero, Iuris-Consultum, fuisse omnino certum, & vita ejus id, multis in locis, indicat: (d) tum etiam ea magis in luce ponunt, quæ GRANDIUS, de discipulis ejus, Alexandro II. Pontifice, Ivone Carnotensi, & aliis, adduxit. Revera ergo, & Bononiæ fuit, & Studiis Iuris incubuit. Scholæ Iuris erant in Monasteriis, (§. 20.) & MOS PATRIÆ, Iuri Romano incumbere, unde novi nihil factum a Lanfranco. (e) Illius etiam tempore, Papiæ

§. 29. (a) Braunsch. Anzeigen 1754. 24. Stück p. 318. fqq. sub titulo: Nachlese von der Frage, ob alle iho vorhandene Exemplare der Pandecten aus dem Florentinischen abgeschrieben sind?

(b) Apud Dacheri cum Oper. Guiberti de Novingento p. 721. ad ann. 1032. in addit. ad Sigbertum, ubi hoc modo: LANFRANCUS Papiensis & Guarnerius socius ejus, reperit APUD BONONIAM Legibus Romanis, quas Iustinianus Imperator Romanorum - emendaverat, bis inquam reperit, operam deierunt, eas LEGERE, ET ALIIS EXPONERE, sed Guarnerius in hoc perseveravit, Lanfrancus vero, disciplinas, in Galliis, multos edocens, tandem Beccum venit.

(c) Epistola de Pandectis p. 60. fqq.

(d) Cap. 1. p. 2. NAM UT FERTUR PATER EIUS DE ORDINE ILLORUM, QUI IURA ET LEGES civitatis asservabant fuit. -- Ad studia litterarum perrexit, ubi plurimo tempore demoratus, omni SCIENTIA SECULARI perfecte imbutus rediit. Lanfrancus ergo Iuris-Consulti, aut Stylo illorum temporum, ludicis Filius, in Scientia Seculari, (Iura Romana vero erant Seculi Leges §. 19.) haud dubie patrem secutus, extrapatrum, & forte Bononiæ fuit. Inde C. V. p. 6. Hic igitur homo - ab annis puerilibus eruditus est in Scholis liberalium artium & LEGUM SECULARIUM ad suæ MOREM PATRIÆ; Adolescens orator Veteranos adversus, in actionibus causarum frequenter revocatus, torrente facundia accurate dicendo. In ipsa ætate sententias depromere sapuit, quas gravior Iurisperiti, aut Indices, vel Proetores Civitatis accipiebant. Meminit horum Papiæ.

(e) Computabatur vero Ius, ut Scientia Secularis, tum fortassis Grammaticæ & Philosophiæ, hinc Latinitas & Philosophia ei tribuuntur à GUIL. GEMMETICENSI p. 162. sq. & ORDINO VITALI Hist. Eccles. p. 519. deinde ultimo loco, omne genus eloquentiæ & disciplinarum. Duæ enim scientiæ tum, Philosophia in Secularibus, Theologia, quæ Legem & gratiam exponeret, in Ecclesiast. lb. ap. DUCHESNE, in Normannicis,

et Iure Romano iudicatum, unde superius a nobis dicta magis illustrantur. PETRUS etiam *Danius*, Bononiae Iura docuit, ut GRANDIUS demonstrat, & probabiliter, cum ANSELMO Lucani, Mathildæ autor fuit, Iuris Romani magis promovendi. Forte consuetudo nondum tulerat, ut loco *Legum Civium*, ipsi Iuris textus legerentur & prælegerentur, unde hoc novi quid visum, (§. 24.) ut adeo cohaereant cuncta. Et Lanfrancum, Iuris-Consultum, tota ejus Opera indicant. Nec IVO discipulus ejus, Iuris Doctor contemnendus, uti Decretum ejus, & alia, indicio sunt. Venus ergo Bononiae Studium Iuris. Illic Pandectæ, diu ante Amalitanam eadem, minimum Codex, & omnes contrariæ narrationes, in fumos abierunt.

§ 30.

Alterius testis, ABBATIS nimirum VRSPERGENSIS testimonium, non minus veritati, & Analogiæ Historiæ ferre, consonum videatur. (a) Libros Legum, dicit ille, *dadum neglecti fuisse*, id quod certum est, Corpore Legum cuncta oblidente. (§. 14.) Neglecti videlicet in studiis, cum in foro adligerentur. Eos, rogata Mathildis, WERNERIUS *revocavit*. Id quod potius Lanfranci socius, aut

alius Mathildæ aequalis, non autem ille, de quo loquuntur Doctores. Et certe, nomen Guarnieri, in Italia admodum solenne. Facile ergo duo, aut tres, ejusdem nominis, esse potuerunt. Quid vero *interpulerit*, ego non novi, & de eo viderit VRSPERGENSIS. Ita vero, non admodum quidem Vrspergenii, cum Bononiensibus ICtis, eorumque narratis conveniet, magis contra cum veritate & Analogia. Nec causâ erat, cur bonus Abbas, à tempore, junioribus vapularer. Is certe, ut in Italia eruditus, cuncta, rectius nobis, nosse poterat. Sed quis sit tandem Lothario, & ipsius Constitutioni, quæ certe nil aliud fuit, quam confirmatio Studii Legalis Bononiae, quod tum ubique fama celebrabatur. Hinc illud publicæ autoritatis, cum Bononienses diu privatim, secundum jam dicta, Studio Iuris Civilis essent uti, haud secus ac aliæ Italiae Civitates.

§ 31.

Conradus III. Bononiensium Iuris-Consultorum honores itidem confirmavit, imo auxit a 1147. (a) Ejus Curia, Iuris-Consultis pertrepebat, & haud dubie, à Bononiensibus, ad eum ablegati, Iuris-Consulti erant. Pontifices etiam illius temporis, uti & anteriorum annorum, Iuris-

§. 30. (a) VRSPERG. fol. 291. *Eisdem quoque (Lotharii) temporibus, Dominus Wernerus, Libros Legum, QUIDDUM NEGLECTI FUERUNT, nec quisquam in iis fluctaret, ad permoneam Mathildæ Comitissæ revocavit. Et secundum quod olim a dicitur recordationis Imperatore Justiniano compilari fuerant, paucis forte verbis alicubi insertis, eos distinxit, ut quibus contentus Justinus præfati Imperatoris, quasi principum & introductio Iuris Civilis. Edicta quoque Prætorum & Axiomata civilium, quæ rationem & firmam præstent Iuri Civilis, hæc in libro Prædictarum, videlicet in Digestis continentur. Axiomata quoque hæc liber Codicis, in quo Imperatorum statuta describuntur. Quibus quoque liber est Anticodicis, quem præfatus Justinianus, ad supplementationem Legum Imperatorum superaddidit.*

§. 31. (a) EX CALENDARIO Bonon. ad 15. Febr. pro anno D. Conradi Caesaris, qui studium nostrum veterale confirmavit ac rursus dedit & ampliatum omnia ipsius & civitatis Benevolentis privilegia & Iura, fecitque Ecclesie S. Palatii XII. primarios pro tempore eiusdem Studii lectores, & denique obiit 15. Febr. d. S. 1152. ap. SIGON. Hist. BONON. T. III. Op. p. 130. not. n. 44. add. p. 126. n. 36.

Coniu-

Consultissimi, Lucius II. & Eugenius III. (b) (§. 29.) Iuris semper hujus peritissimi Archi-Cancellarius Imperatoris, Cancellarius, Comites Palatii, illius Iudices, Iudices Regii, Iudices ac Notarii Regis. Et qui totam Italiam quiete tenuit Conradus III. praecipue WIBALDO Corbeensi, in his litteris eruditissimo, utebatur. Indicat hoc Codex ejus Epistolicus multis in locis, cujus vellem omnes extare libros. Et magno nos imbuere posset commodo, qui ederet, apud MARTENIUM & DURANDUM, qui partem egregii operis dederunt, ex eo desiderata. (c) Amplissima tum Imperii, per Italiam Iura, hinc multi Germanorum, Cancellariae se dandi spe ducti, ad Italiam & Bononiam praecipue, Iuris Iustianei discendi causa, se contulerunt. Vnde Friderici I. aevo, & ante illud, jam Nationis Germanicae peculiare sodalium, Bononiae. (d) Ingens etiam hoc aevo, Bononiae, à Decreto GRATIANI, Monachi & Iuris-Consulti, splendor accessit. Hic Publicus Iuris Professor Bononiae fuit, & Decretum suum, Collegio Iuris-Consultorum obtulit, approbatum vero, ad Pon-

tificem Eugenium III. misit, qui illud 1152. confirmavit. Inde Bononiensibus, dies oblationis, & publicatae confirmationis, festi, (e) nec non duo Decreti Professores. Quam multa vero huic ex omni Iure Civili insunt, quilibet novit. Creari etiam coepere ab illo tempore Iuris Canonum Doctores, Baccalaurei & Licentiati, quod antea tantum in Iure Caesareo obtinebat. Et Doctores quidem, absoluto Studii, integro quinquennio, (f) ab anno 1153. ex privilegio Eugenii III.

§. 32.

Nota est Friderici I. in promovendo Iure Civili, solertia, adeo, ut eum plane, Iure Civili, totam Imperii formam, turbare voluisse, censeat LUDEWIGIUS. (a) Is jam anno CIOCLII. à Romanis audiverat, Imperatorem debere esse Legum peritum, sicut hoc Iulianus dicat, ubi INSTITUT Aadducunt, deinde, ut Legatos mittere, monebatur, qui cum *peritis Legum*, de Iure Imperii tractent. (aa) Deinde, primo suo, in Italiam, adventu, de Statu & conditione, Italiae urbium, egit, ad *mentem, & juxta laudum I V. Iuris-Consul-*

(b) Horum primus Gerardus Caccianimicus de Vrso, Bononiensis, & Iuris antehac Professor. CALEND. cit. p. 123. 126. not. De altero vero ita: *Quotidie perstrepunt in tuo Palatio LEGES, SED IUSTINIANI non Domini; Rectius etiam? Illud tu videris. Nam Lex Domini immaculata, convertens animas. Eae autem non sam Leges, quam LITES SUNT, ET CAVILLATIONES.* Et postea de Monachorum Iuris, Civilis, nimio studio, salutem animae corrumpente, Lib. II. Confid. ad Eugenium D. BERNARDUS conqueritur.

(c) In amplissima, sive nova, Scriptor. & Monument. Collectione Tomo II. ubi nos de Wibaldo in praef. amplius instruant.

(d) Inchyrae Nat. Germ. in CALEND. Bonon. anno 1138. l. c. p. 121. not. n. 18.

(e) Iterum ex saepe citato CALENDARIO Bonon. ap. SIGON. Rer. Bonon. in notis p. 127. nota 40. nec exscribam ingentem illam.

(f) IBID. p. 128. nota dicta 40.

§. 32. (a) Cum alibi, tum praecipue, ad AUREAM BULLAM T. II. p. 1344. sqq.

(aa) Apud MARTENE Collect. ampliff. T. II. p. 554. sqq. ubi cum in modum ultima comparata sunt: *Comitem (inquit) Rodulfum de Ramesberch, & Comitem Vdalricum de Lencenburcb & alios idoneos, scilicet Eberbardum de Rodemen, qui assumis PERITIS LEGUM, qui de Iure Imperii sciens & audeans tractare, Romam quantocius poteritis, mittere non dubitatis.*

Q

torum Bononiensium, Bulgari de Bulgaris, Martini Goffi, Jacobi, & Hugonis Vtri de Porta Ravennate, Civium Bononiensium, unde Universitati dies festus. (b) Accidit illud eodem anno CIOCLVIII. quo etiam, fama celeberrima illa Authentica habita C. ne fil. pro patre, ab eo in Roncaliis, Bononiensium, & Studii Iuris Civilis gratia edita, cujus Extensores fuerunt DD. Bulgarus & Iacobus de Porta Ravennate, quae Constitutio fuit promulgata 23. Nov. Bononiae, pro commodo Scholasticorum & pro dignitate Studii. (c) De ipsis autem Comitibus, satis alii dixerunt. Conventum etiam Bononiae 3. Mart. cum Iuris-Consultis Bononiensibus 1159. celebravit Fridericus, eorum sententia, Mediolanenses contumaces, proscriptioni subiciens, in Comitibus illic habitis. (d) Alexander III. & ipse Iuris-Consultus, ac Professor Legis Romanae Bononiensis, anno 1159. electus, animos Iuris Studiosorum auxit, cum & Imperatorem, & Pontificem, sibi summe faventes experirentur. (e) Sed tamen Bono-

nenses, Alexandro magis adhaeserunt, unde CIOCLXI. deprecatore Bulgaro de Bulgaris, apud Fridericum uti, necessum fuit. (f) Nihil ergo tum magni, nisi a Iuris studio, quod colebant adeo omnes, & hinc tantus studiosorum, Bononiam versus, confluxus. Ius Feudorum etiam, à Friderico I. confectum, statim per HUGOLINUM glossatum, cum is illud Bononiam dimisit. (g) Quod, dum Bononenses Iuris-Consulti, apto Codicis loco, collocare non possent, nec id etiam Imperator jussisset, inter Extravagentes mansit. (h) Qua occasione dicam, ea, quae Constitutioni Fridericianae, in Iure Longobardico, praemissa aut subiecta sunt, & satis confuse, projecta in medium, Glossis hujus Hugolini deberi. Quibus alii deinde, Iuris Professores, nihil non assuerunt. Et tandem manus alterius HUGOLINI, Henrici VI. aut Friderici II. tempore, Collationem X. inde confecit, (i) nulla publica autoritate, sed privata. Vnde etiam, non omnes ejus methodum secuti

(b) Eodem loco CALENDARIUM BONON. in not. ad SIGON. 57. p. 135. cujus verba excerpti quodammodo. Ad annum CIOCLVIII.

(c) Apud SIGON. l. c. & verba CALENDARIUM exscripsimus. Adde p. 161. not. 85.

(d) Cit. CALENDARIUM. p. 136. not. 58 Vacat - propter conventum, à Friderico Barbarisso Imperatore, Bononiae, cum Iuris-Consultis hujus studii generalis & Archi-Gymnasii, hoc die celebratum A. S. 1159. cum magno honore hujus Urbis & Academiae. Lege simul SIGONIUM ipsum & alios.

(e) Cit. loco p. 138. n. 61. GRANDII Epistola de Pandectis p. 61. ex Hugone Glossatore.

(f) Ex CALENDARIO p. 141. n. 68. l. c.

(g) Idem CALEND. p. 150. n. 84. ubi: 23. (die) Anniversarium - Hugolini de Porta (Hugonis l'cti) Iuris-Consulti, & Lib. Feud. Bononiam à Frid. Aenobarbo Caesare, missi Glossatoris, & Publici Legum, in Archi-Gymnasio nostro, Interpretis. - A. S. 1168.

(h) PANCIROLL. de Interpret. Iuris L. II. C. 17. p. 105. sqq. Et olim aliter quodammodo sensi.

(i) Mentio enim Bononiensibus, post primum, plures adhuc, nominis Hugolini, E. g. nominatur Hugolinus Pretus 1221. occurrens, apud SIGON. Hist. Bonon. T. III. Op. p. 221. not. 25. & Hugolinus Annicius, ex Com. Anagninae, postea Pontifex Gregorius IX. lb. p. 233. not. 46. & p. 258. not. 105. nec non Hugolinus de Presbyteris, (sive Pretus, idem enim hoc est,) cum alio Hugolino de Vrfo 1215. Romam missi, & illic, in Concilio, summae autoritatis. l. c. p. 202. not. 65. Videtur vero Hugolinus de Presbyteris, Collector consulti operis, quo utimur, fuisse. ALVAROT in Proem. Feud. col. 4. qu. 3. quem adi.

sunt, sed quisque, pro suo ingenio, ordinem construxit. Et cum Glossa nondum esset, in Feudorum libro, quisque pro libitu versatus est, (k) donec tandem illa per COLUMBINUM fieret, qui circa medium Seculi XIII. floruit, & hoc ipso, sibi constantem librum, demum effecit. (l) Ita vero, hac occasione satis idonea, omnia ea dubia tolluntur, quae in Historia Iuris Feudorum, antehac mota sunt. (m)

§. 33.

Certe Fridericus noster, semper & ubique Iuris-Consultos adhibuit; cum iis de Imperio orbis, Regalibus, Gladii inprimis potestate, sermones miscuit. BURGUNTIONEM Pifarum Iudicem, ut ipse erat eruditissimus, secum habuit, & ad Graecam linguam excolendam, magis accendit. BULGARUM etiam de Bulgaria, suum Vicarium, Bononiae constituit. (n) Episcopi ejus temporis, omnes fere, Iurisperiti, unde & Vicariatus adhibiti, & Christianus Moguntinus Cancellarius, Iuris peritissimus. (o) Ipsius itidem tota

Judicialis curia Italica, ex Iuris-Consultis composita, quod olim amplius demonstrabimus. PAX etiam CONSTANTIAE, & aliae illius Constitutiones, Romani quid habent. Nec Majestati Imperatoris, in alio aliquo Iure, plus praesidii. Cum rursus, pro Alexandro III. stetit Bononienses, cum Iuris-Consultis ex novo foedere, (p) tandem in Pacis compositione Veneta, anno CIOCLXXVII. duo Doctores Bononienses simul confederunt. (q) Quando autem, Pace Constantiae, omnia dissidia erant componenda, & loco privati, quod eo usque obtinuerat, Augustale foedus perpetuum, Civitatum Longobardicarum, condendum; Bononiensibus, & interventu, & Responso Iuris-Consultorum suorum opus fuit CIOCLXXXIII. (r) Inde Fridericus I. CIOCLXXXV. Bononiam delatus, Privilegia Lycei Bononiensis firmavit, Oratione à facultate Iuridica exceptus. (s) Et haec quidem Fridericus, cujus tempore cuncti Itali, inter omnes gentes, scripta Legum Sanctione regebantur, (t) & jam inoleverat, ut generatim, pro injuria, banna non solverentur, sed laesis pe-

(k) Alberic. GENTILIS de Libris Iur. Civ. C. VIII. p. 69. sqq.

(l) PANCIROLL. l. c. cap. 31. p. 123.

(m) Adde dicti Corp. Iur. Feud. praefat. §. XL. XLI. Iur. Feud. primae lineae §. 81. sqq. & alibi dicta. Nec ignoro, quid ALII, hac de re, censuerint. Intelliges vero simul inde, quid fuerint Capitula extraordinaria.

§. 33. (a) Adi de his omnibus, praeter coevos, GRANDI, Epist. de Pand. p. 96 sqq. & PANCIROLL. de clar. Interpret. C. XIV. XV. XVI. Lib. II. AENEAM SYLV. Hist. Frid. III. p. 23. & alios.

(b) Vide GRANDI l. c. p. 227.

(c) CALENDARIUM BONON. ad annum 1167. apud SIGON. Ann. Bon. p. 148. not. 82. & ad annum 1176. p. 155. not. 98.

(d) IBID. p. 157. not. 105. ubi: cui interfuere idem Papa & Imperator, ac CONSEDERUNT DUO EX DOCTORIBUS NOSTRIS & demum die 17. Sept. ei. A. Imperator & sui Magnates dictae Paci se subscripserunt, & illius Chartam suis Sigillis muniverunt.

(e) IBID. p. 166. not. 7. ubi invenies a me dicta. Pax illa celeberrima, quam Legis vicem obtinere, & jam ab ODOFREDO expolitam, dicit GAZALUP. Method. Iur. p. 67.

(f) IBID. 167. not. 8.

(g) VRSPERG. Chron. p. 224. ed. Arg. 1609.

eunia, more Romano, satisfaceret. (b) Quae vero in Consuetudines, ratione injuriae, aliquid potuit, Lex Romana, nihil iis de caetero, apud Longobardos offecit, cum Legum durarent Electiones, indeque Wido, Regius, *Romanae Legis* (tantum) *tabellio*. (i) Et ad hujus tempora, ea praecipue pertinent, quae supra (§. 23.) de Legum electione, ac Consuetudinibus conservatis, diximus.

§. 34.

Et ne quidem si voluisset Fridericus, Italiam abrogare poterat Leges diversas, & bonas Consuetudines, quas, in regni introitu, confirmaverat. Publica ergo pacta, id non sinebant, (a) quae semper servare promittebat quilibet Imperator, in suo ingressu. PAX inde CONSTANTIAE, id ipsum tulit, (b) & hoc etiam Fridericum, cunctis Civitatibus, quibuscum pacta singularia conflaverat, promittere videas. (c) Omnes ergo Leges antiquae, pro libitu cujusque electae, & Consuetudines salvae, imo *Iuri Civili praelatae*, id quod bis terve notandum. Is mos con-

tinuus, non interruptus, nec unquam mutatus, donec electio Legum defuit, (§. 23.) re ipsa manente, cum nulla Legge, Ius Civile, private unquam receptum esset. Inde vero, hic Imperator, Genuensibus concedit Ius, judicia administrandi, *Secundum Leges nostras Romanas & bonas Consuetudines eorum* CLOCLXII. id quod Henricus VI. Fridericus II. atque omnes sequiores Reges confirmarunt. (d) Et ideo Mediolanenses, Pisani, Ferrarienses, Bononienses, (& qui non in Italia?) Statutis suis, ex Iure Longobardico, ut plurimum deductis, autoritate etiam publica, vel hodie superstitibus, (e) utuntur, & de ipso Iure Longobardico, quem usum habeat, hodierno aevo, dubitatur. (§. 23.) Ius Romanum ergo receptum, Statutis & Consuetudinibus, ex veteri more, conservandis, pedetentim nocebat, nisi conscriberentur. Inde vero, Italiae STATUTA, à tempore Friderici I. inde usque litteris mandata. Et ea, vera ac unica, eorum origo. Serius vero, aut ocyus, id singulis in locis contigerit, post haec Friderici tempora, parvi refert.

(b) IDEM p. 218. ubi: *Longobardi banner non solvant, SED SECUNDUM LEGES ROMANAS injuriam passis satisfaciunt, secundum quod juraverunt laesi, se talem velle pati injuriam.*

(i) Anno 1166. subscribit: *Romanae Leges, ego Wido tabellio Regis*, MURAT. Ant. T. IV. p. 340. ut videas, & pro aliis Legibus, Regi, tabelliones fuisse.

§. 34. (a) Id fert oratio Friderici & alia apud RADEVICUM Lib. II. Cap. 3. ap. *Vrsis*.

(b) Vbi §. 2. pr. ait: *in ipsa Civitate omnia habeatis, sicut hactenus habuistis & habebis. Extra omnes CONSUETUDINES, sine contradictione nostra, exerceatis, quas ab antiquo exercuistis, & exercetis, TAM IN FORO quam &c.* §. 7. etiam causae definiendae, *secundum Leges & MORES ipsius Civitatis*. In textu §. 2. iterum; *secundum CONSUETUDINEM illius Civitatis*.

(c) Apud MURAT. Ant. Ital. Tom. IV. de foederibus Civitatum Diff. p. 291. sqq.

(d) Vide ANONYMI Ius & possess. Rom. Imp. in Genua Ligust. p. 225. 230. 234.

(e) CARPAN. in Proëmio Stat. Mediol. COM. VERRI Constit. Mediol. Tr. de Origine Stat. Mediol. C. I. p. 10. sqq. VALSECH. De Stat. Pis. Proëmio. GRANDI p. 10. 11. qui etiam monet, 1161. mentionem fieri, eorum, *qui discernere consuetudines, a causis, & quaestionibus Legum, easque scripto consignarent.*

§. 35.

Henricus VI. in pristinis Italiae Iuribus nihil migravit, & postquam magnifice Bononiae receptus, anno 1191. etiam Collegio Iuris Consultorum Bononiensi, Privilegia anteriora firmavit, Diplomate solenni. (a) Eo regnante *Innocentius III.* Decretalium interpres Bononiensis, 1198. factus Pontifex, Iura Clericorum, Decretistis largitus est. (b) Henricus sane, Iuris Consultos semper amavit, praecipue AZONE Glossatore usus, qui ipsi soli deberi merum Imperium, sed a Praesidibus Provinciarum subordinate exerceri, dixerat. (c) *LOTHARIO* etiam, summe favit, qui in dicta Disputatione, à mero Imperio, Praesides excluderat, eumque Archi Episcopum Pisanum declaravit, ubi Pontifici is se minus acceptum stitit. (d) *HUGO* itidem Glossator, qui etiam Vgutio, ipso manus eo dante, Episcopus Vercellenis. (e) Ergo Pontifices, Archi Episcopi, Episcopi, Regum Principumve Consiliarii, tum Iuris Consulti, summa miscentes imis, & omnia ex promptuario Iuris sui Civilis determinantes.

§. 36.

Otto IV. in Conventu Bononiensi a

CIƆ CCIX. confirmavit studium generale Bononiense, (a) cujus tamen mox amorem *ICti* deposuerunt, cum *Innocentius III.* cognomento magnus, Bononiensis antea Professor, eos Privilegio immunitatis, ac fori, non nisi Ecclesiastici, haud secus ac Decretistas, 1212. maculasset. (b) Quod ideo factum existimo, ut & Legistas, quos vocabant, ab *Ottone* averteret. Unde & Concilio Romano *CIƆ CCXV.* ubi *Otto* denuo depositus, affuerunt, (c) excommunicationemque eius, praecipue, & promoverunt, & probarunt. (d) Summe vero, alias, *Otto* deditus Iuris Consultis, quos semper circa se habebat, & non habere, haud poterat, Iuribus Imperii vindicandis intentus. (e) Cum autem Dissidia, inter Imperium & Sacerdotium, crescerent, infamiae fere loco erat, *Legistae* nomen, unde 1217. postquam Studium generale, aliquamdiu cessasset, ob turbas, concordia opus fuit, ubi expresse cautum, *ne cui -- Iuri Civili operam danti infamis nomen, objiciatur.* (f) Id vero ideo, quia Pontifices, Iure proprio stabilito, Legis Doctores, ut Imperatorem semper fere defendentes, exosos habebant. Constituerat vero noster, *HENRICUM*, Mantuanum Episcopum, Iuris summe peritum,

§. 35. (a) Apud *SIGON.* Hist. Bonon. ex Calend. p. 172. nota 15. Operum Tomo III.

(b) *IB.* p. 178. nota 24.

(c) *PANGIROLL.* de claris LL. interpret. p. 115. Lib. II. c. 25. Forte id in Italia tum habebat aliquid ex vero, sed quadringentis post *Henricum* annis, haec, adhuc in Germania, bona fide describere, plus quam inficium erat.

(d) *C. 12. X. de foro comp.* ubi *GLOSSA* & *PANGIROLL.* l. c. c. 26.

(e) *GRANDI* de Pandectis p. 61.

§. 36. (a) *SIGON.* in Bonon. Op. Tomo III. in not. p. 192. ex CALENDARIO.

(b) *SIGON.* l. c. ex CALENDARIO p. 197. not. 57.

(c) *IBID.* ex CALENDARIO p. 202. not. 65.

(d) Ex *EODEM* p. 204. n. 68.

(e) *GODEFRID.* Colon. ap. *Freherum* a. 1208. 1210. & alii de Legis peritis. *AENEAS SYLVIUS* Hist. Frid. III. ap. *Schilterum* p. 23.

(f) *SIGONIUS* Ann. Bonon. l. c. p. 206. h. & nota 77.

in Thufcia MCCX. Vicarium, qui Curiae Iudices, Iurium gnaros, fecum circumducebat, quos GRANDIUS (g) nominat.

§. 37.

Fridericus II. Ottonis Successor, Bononiensem Legistarum Academiam, pro tollenda videlicet, forte objecta, infamia, per Honorium III. a. 1216. confirmatam invenit, (a) una cum Iure dandorum omnium honorum Academicorum. Ipse inde, uti studiorum erat amantissimus, confirmationem suam addidit, a. 1220. (b) Putabat tum Pontifex, omnes Imperio Romano subiectos, Legibus Imperii secularibus, *quorum famularum Ecclesiae non respuat*, teneri; Regnum tamen Galliae, ut exemptum, hanc Iuris Civilis doctrinam, tolerare non debere, dicit. (c) Is etiam voluit, ne Bononiae, Clerici, Iuri Civili operam darent, 1219. (d) Sed mox ipsi Bononienses, Friderico irato usi sunt, dum non satis Imperio parebant. Siquidem, cum Bononia hactenus, in tantum, Iuris censâ esset officina, ut omnes alias Civitates excluderet, neque illis studium huius Iuris esse vellet, Professoribus etiam, in id, iuramento obligatis, (e)

Fridericus noster, ipsis studium Iuris 1222. 1225. & praecipue 1227. abstulit, cuius rei testes, ipsius litterae, superiunt. (f) Tunc Mutinam & Pataviam abiere Studiosi. Celebratus vero, Civitatum Longobardiae foederatarum, Conventus, in quo decretum, *de manutenendo fertiter Bononiae studio generali, neque de permittendo, illud transfiri in aliquam ex urbibus suis.* (g) Pace composita, redditum est studium Bononiensibus, per Fridericum 1227. (h) Gregorio autem X. adhuc eodem anno, in Pontificem electo, qui sub nomine HUGOLINI, Decretales illic docuerat, turbata rursus omnia, (i) & Ius Civile, postea etiam alibi, doceri coepit, per totam Italiam. (k) Hic, Bononiae suae, Compilationem Decretalium misit 1225. quae effecit, ut Studiosi nihilominus Bononiae manerent. (l) Constat vero inde, ideo potissimum, Decretalium opus constructum esse, ut Iuri Civili, & eo ipso, Imperatori aegre fieret, Studio Iuris, ad Pontificia fere translato. Summa vero gratia. Fridericum, profectum Iuris Consultos, ea indicant, quae ROFREDO Beneventano, THADDAEO de Suessa. ac PETRO de Vineis acciderunt, & largius memoranda haud sunt. (m)

(g) de Pandectis p. 229. lit. d.

§. 37. (a) SIGON. Op. Tomo III. in Ann. Bonon. ex Calend. p. 216. n. 16.

(b) Ibid ex CALENDARIO p. 218. n. 20.

(c) Roma in Galliam c. 20. X. de Privilegiis.

(d) SIGON. ad an. 1219. l. c. p. 213. sqq. ubi plura id genus Pontificia.

(e) MURAT. Ant. Ital. T. III. p. 900. sqq.

(f) IBIDEM p. 905. sq.

(g) SIGON. l. c. p. 230. n. 29. ex CALENDARIO saepe dicto.

(h) IBID. ex eod. CALEND. p. 232. n. 45. Ipse Sigonius hoc anno, qui Diploma refert.

(i) SIGON. Hist. Bonon. ad annum 1228. p. 233. & notae.

(k) MURAT. Ant. T. III. cit. p. 309. sqq.

(l) SIGON. a. 1241. & CALENDARIUM in notis l. c. p. 257. sqq. not. 104. sqq.

(m) Adi tantum PANZIROLL L. II. c. 28. p. 118. & ALBERTUM Stadenfem, aliove, ad an. 1245. cum Conciliorum Actis, SENCKENBERG de Iudicio Curiae §. 6. T. II. Meditat. p. 346. sqq.

§. 38.

Ad illius tempora pertinent duae visiones, altera de *Glossa*, altera de *Iure Feudorum*. Ante *Franciscum ACCURSIUM*, Glossae Autorem, jam quidem Pandectae, in foro, saepe allegabantur; (a) sed non opinor, aliquem, in totum illum Codicem Pandectarum, Praelectiones instituisse. Crevit vero Digestorum amor, & per partes Glossatores habuere. Nec sine Glossis, Pandectes, Lectionibus tum aptus iudicabatur. Cum autem Accursius, totum Ius glossare, quod vocant, coepisset, etiam ad Pandectas conversus est. (b) Praetereo reliqua, affatim de eo, & GLOSSAE autoritate dicta. (c) Id adjiciam, publicam, populi Bononiensis auctoritatem, ei contigisse, & ODOFREDUM, cum ACCURSIO ideo certasse, si id quidem tempora admittant, aut non duo fuerint Odofredi. Tradit hoc BENEVENUTUS *Imolensis*, quem Historiae causa legi, (d) quique Bononiae 1375. & sapiens fuit, ac de omnibus instructus esse potuit. Non fortuito ergo Glossa nata, sed publice probata. Hoc vero facto, denuo studiorum ratio mutata, atque Pandectae, praelegi coeperunt, contra iustum IUSTINIANI,

Et inde Glossae, tanta auctoritas, olim nimia. IUS FEUDORUM autem, ejusque collectionem quod attinet, illam, Friderici II. temporibus deberi, supra evici. (§. XXXII.) Privatae vero confectionis esse, simul innui. Sed video, Viros eruditos tradidisse, Friderici II. accessisse auctoritatem. (e) Certe ENGELHUSIUS narrat, (f) cum ALIIS, Fridericum II. eam addidisse. Si dicant, id fieri tulisse Fridericum, concedo. Sed accomodasse eum Decretum suum, nego. Alias enim eadem tum, non diversa ubilibet textus ratio, (§. XXXII.) aut Friderici nostri aliquod Diploma, in CALENDARIO BONONIENSI, relatum esset. Verum textus, in singulis fere Codicibus, usque ad tempora Glossae differt, (§. XXXII.) & ne micem quidem approbationis, CALENDARIUM exhibet. Potius ex dictis (§. XXXVII.) constat, nullum fere tempus superesse, quo feudorum rude aedificium, à Friderico II. confirmari potuerit. Et hanc confirmationem ignoravit Iacobus ab ARDIZONE, qui Friderico II. imperante vixit, & Hugolini auditor fuit. (g) Is vero, & debebat, & poterat nosse. Vsu contra probatum libellum

§. 38. (a) Exemplum anni 1193. plane illustre ap. GRANDI de Pandectis. p. 238. sqq.

(b) PANZIROLL de Interpret. L. II. c. 29. p. 119.

(c) Notator ad HEINECCII Hist. Jur. L. L. p. 594. sqq. plurima eo facientia congestit, & videndus.

(d) Apud. MURAT. T. I. Ant. Ital. ad Dante, p. 1063. ubi: *Concurrit autem cum ODOFREDO de Odofredis excellentissimo Doctore. Ipse tanquam astutissimus, de industria, inclusit se in Domo, fingens, se laborare morbo quariduanae febris. Et faciebat omni die venire Medicum ad colorandum faciem. Et interim summo opere & summo studio glossavit Leges cum maxima festinantia. Et celeriter accessit AD CURIAM & FECIT PUBLICARI ET AUTHENTICARI SUUM OPUS. Quo facto & facto, Odofredus summe dolens, scripsit diffusivum & copiosius eo, sed tarde.*

(e) BURI ad Schilteri Compendium p. 99. & adde dicta Pr. lin. Jur. feud. §. 81.

(f) Chron. p. 115. ap. LEIBNIT. ait: *ipse Leges optimas pro libertate Ecclesiae contra haereticos edidit, ET LIBRUM FEUDORUM. GOBEL. PERSONA Cosmodrom. scr. VI. c. 64. ubi: Idem Fridericus fecit LIBRUM QUENDAM DE FEUDIS.*

(g) In Summa feud. fol. 182. b.

non diffiteor, nec refragor, quin utantur. Quae vero Fridericus noster, praeterea *Novellis adjecerit*, nimirum Constitutiones de libertate Ecclesiastica, & haereticis, omnibus nota esse puto. Vnde hic subsisto.

§. 39.

Non ego is sum, qui SIGONIO, aut cuivis alteri credam, Interregno finito, simul etiam Autoritatem Imperatorum nostrorum in Italia concidisse, cum de diverso plene persuasus sim. Et si SIGONIUS in Bononiae Archivis, Civitatis videlicet, per Rudolphum I. Pontifici plene cessae, nihil amplius de Imperatoribus invenit; is quidem, si solis Bononientibus, aut Pontifici scribebat, in hoc acquiescere poterat. Sed de Regno Italiae nos edocturus, scire simul debebat, quid alia scripta ferrent. A Bononia vero, ad totam Italiam concludere, & rei seriem ignorare, prodit hominem, forte fortuna, a Cicerone suo, & Historia, ac Antiquitatibus Romanis, ad Historiam sequiorum temporum delatum. Et certe is talis fuit, homo bonae mentis, eleganti utens stylo, sed historiae Occidentis, haud adeo peritus. (a) Mihi vero cur hic subsistendum sit, ea causa est, quia Ius Romanum, Friderico II. imperante, omnem suum exercuisse vigorem video. Et cum reliqua, quibus opus, indicaverim, nec librum sed supplementa scribere velim, jam temporis, quo circumscriptus sum, rationem exigere censeo, ut ad *Germaniam* meam

transeam. Haec Romanum Iustinianicum Ius, quod nunquam, in rebus Seculi, antehac senserat, post Fridericorum tempora, ab Italis accepit, & illud usque huc servat. cujus receptionis ratio, iudem supplementa à me exigit.

§. 40.

Ad Germaniam ergo, & III. in ea *Iurium Iustinianeorum receptionem* conversus, iterum *publicam* receptionis *Legem* non invenio. Nec ea opus est. Solicita de illa, Iuris Consultis id efficientibus, erant anteriora tempora, non nisi de Legibus, stricte ita dictis, (§. XXI.) nec de receptione consuetudinaria, cogitantia. Mira ergo hic iterum Ictorum somnia. Et probationes non satis Iuridicae, eorum, qui in Iure versabantur. Sed Lotharii quidem receptio universalis, etiam apud nos, satis profligata est, cum ne Italis quidem talis, abrogatis omnibus aliis Legibus, contigerit. (§. XX. seqq.) Nemo recitabit hodie, has naenias, nostris auribus. Sed graviora sunt quae urgent. Volunt, hoc Ius, à Friderico II. aevo inde usque receptum, & varia, Legum ac Diplomatum loca, allegant. Non me fugiunt etiam illa. Novi quid utrinque conseribillatum sit. Et ego olim, animi causa, in hac arena defudavi. (a) Generalem vero regulam constituo, quae haec est: si nos, ut id omnis rerum gestarum series docet, libera voluntate, Italarum ductu, Iustinianica, sensim sensimque receperimus, nos non pejore,

§. 39. (a) Adde dicta ANONYMO in libro S. R. I. Ius & possessio in Genua §. LII. fqq. LXXXII. & scriptum Fiscalis COLLA illic annexum. Et quid sibi vellent *Commissarii* generales per Italiam, usque huc durantes? quid privilegia concessa? quid Iurisdictio? quid Patentes, à quoque novo Imperatore dimissae? Haec sane non sunt omnia de nihilo. Ego potiora tantum ea huc adduco, de quibus haecenus fere non cogitatum.

§. 40. (a) Certe animi causa, neque enim, in re plana, molimine erat opus. Egi ea de re in scriptis Eristicis contra Dn. de CRAMER, & in RICCIARDO de usu Iur. Feud. Longob. §. XII. tum etiam in *Diff. de Probationibus* & alibi.

atque

atque illi sunt, loco esse posse. Hi vero ita receperunt, ut *patria instituta* sibi, *salva* vellent, istaque praeferrerentur, ergo & nos. (§. XXIII. XXXIV.) Nihil ad haec regeri poterit. *Romanum ergo Ius, subsidiarium tantum, idque in casibus habilibus, ubi mores patrii non supersunt.* Interim adducetur, donec de contrario constet. (b) Et quidem *sine calumnia*, cum uti liceat *Lege scripta*. (c) Est enim Ius commune, & per me manebit in aevum.

§. 41.

Sed jam adduci audio, à Seculo nimirum XII. exstare in chartis Germanicis Iura Romana, quin si plane velis, in CAPITULARIBUS, Romana interdum proferri, quae tamen Germaniam simul obligaverint. Nihil jam de CAPITULARIBUS dicam, ut pote ex quibus, ea tantum pertinuerunt ad Germa-

niam, quae eo directa, ut de Italia supra (§. XV.) dixi. Et ea Germaniae tribui miror, quae eo plane non spectant. Si vero aliqua, in iis Romana deprehendas, ex Clericorum consuetudine; (§. 15.) & haec, aut Iustiniani esse concedam, aut CODICI ALARICIANO, tum in Gallia recepto, adscribam, (a) aut vero Bavaris & Alemannis, ante Iustiniani tempora, Romanis parentibus, relinquam. (b) Certe Theodosianae Legis, & veterum, ab Aniano, in compendium redactorum Autorum, Carolidarum aevō, apud nos etiam, quandoque apparent vestigia. Omnes vero Leges, omnes formulas quas Gallia habuit, nobis applicare velle, abs re foret, licet hic error admodum sit communis. Et perinde nescio, ut id obiter dicam, an vel ulla, Legum earum, quae in LINDEBROGIANO, aliisve Codicibus extant, plus ad nos pertineant. (c) Cuncta haec, potius Galliae Francicae

(b) Meditat. Tomo IV. Med. 11. per tot.

(c) arg. 2. Feud. 1. quod huc ICtorum exemplo advocabimus.

§. 41. (a) Codex ille ALARICI, qui etiam Breviarium Aniani vocatur, ubilibet in Gallia receptus. FELLER Or. Hannover. p. 424. CIRON. Observ. L. V. Cod. Theodos. praef. RITTERIANA §. 46. Tomo I. HEINECCI Hist. Iur. §. 44. sqq. Lib. II. & ARPE Them. Cimbr. p. 247. sqq. ut alios non adducam.

(b) DREYER Samlung p. 16. sqq. & 19. seq. T. I.

(c) SALICAS & RIPUARIAS enim, datas scio Francis, in Romano solo habitantibus. ALEMANNI & BOIOARII, Romanorum olim subditi, SAXONUM pars itidem, cum ANGLIIS, WERINIS, BURGUNDIONIBUS ac LONGOBARDIS, OSTGOTHIS & WISIGOTHIS. Illustrare nostra non nego. Hinc vero e. g. in ADAMO *Bremensi* & S. BONIFACIO, nec non alibi, plane aliae, Saxonum Leges, occurrunt, atque in Legibus illis Saxonum, apud LINDEBROGIUM, aliosve, habentur, certo indicio, illi *Saxoniae*, quam *antiquam* vocant, *old Sassen*, illas latas non esse, sed Saxonibus in *nova Saxoniam*, uti etiam Britanniam appellarunt, sive Romano solo. Ita Lex Salica de Morganatica, cum aliis Consuetudinibus, quas Italia, ut Salicas praebet, nusquam in *Lege Salica* deprehenduntur, cum Salici Italiam colentes essent Germaniae Magnae Cives, non *terrae Salicae novae*, sive Galliae, incolae. Confer, ne longiores simus, HOFMANN Conject. Polit. de Natura & origine LL. Germ. p. 59. *Iob. Caroli Henr. DREYER viri Eruditissimi Tr. de genuino Iuris Anglo-Sax. in explic. Iure Cimbrico & Saxon. usu* p. 73. sqq. Et quis distinctionem inter, Barbarum & Romanum Tit. LEG. SAL. XLIII. c. 7. & XLIV. c. 4. Germaniae applicet magnae? Ad Romanum ergo, spectant cuncta solum, & *novam Franciam*, postea per novas occupationes, usque ad Filios Clodovaei M. ampliorein redditam, cui hoc nomen adhuc haeret.

relinque, & reliquis, quibus ob Ius Romanum receptum, conscriptione Consuetudinum suarum, opus erat. (§. 34.) Nos contra, in magna Germania Cisthenana, quatenus Romae olim non paruit, moribus tantum recti sumus. (d) Et inde etiam, nulla nobis unquam diversarum, *Legum Romanarum & patriarum, electio*, in magna illa dicta Germania.

§. 42.

Non parum recens post alios laboravit RICCIUS, (a) quo nobis Seculo XIII. & XIV. Iuris Romani, in Germania, vestigia praeberet. RICCIARDUS autem meus, & DREYERUS, magis adhuc liberales, ex Seculo XII. exempla attulere. (b) Nec nego, si quis curate perpendat, plura adhuc loca & antiquioris temporis, conquiri posse. (bb) Formulas vero praebemus, ex Italia, (unde omnes fere nostri Notarii erant, aut illic studiis incubuerant, id quod mature satis accidit. §. 31.) in Germaniam traductas,

& causis Monasticis, aut Clericorum, ubilibet hoc Ius ambientium, (c) applicatas. Flosculos colligimus, nihil ad usum facientes. Legem Majestatis, (perinde, ut illa apud Italos, quandoque integra fere, inferitur. (d)) In Germania forte, haud secus Friderici I. tempore, deprehendere liceret, aut privilegiorum capita, ex Romano Iure, in publicis rebus petita; sed nihil haec omnia ad usum Iuris Romani forensis. Habuerit secum *Legistas & Canonistas* Fridericus I. (e); fuerint nobis Doctores Iuris; condita sint interdum testamenta Romana, parum ad rem. Dixerit etiam Maria, Philippi Regis conjux, se ex ordinatione illius, heredem esse. (f) Et denique accedant ea, quae eadem fere tempestate, de donatione propter nuptias, disserit Rudolphus de Niffen, (g) cum illis omnibus, quae post RICCI industriam, RITTERUS annotavit; (h) nihil tamen contra me usque ad Rudolphi I. tempora, effectum esse contendam. Con-

(d) Adde PROGRAMMA nostrum, de Iure Hassorum privato, antiquo & hodierno. §. 3. p. 6.

§. 42. (a) Spicileg. Histor. Diplom. quo Iuris Iustinianei - usus Pragmaticus, jam inde à Seculo XIII. & XIV. ex ipsis fontibus - demonstratur. Francof. & Lips. 1738. 4. ubi cunctos reliquos, idem agentes, adducit. §. 13. sqq. Nec non HEUMANN Opusc. Iur. Germ. I. p. 40. sqq.

(b) De usu Iur. Feud. Longobard. §. XII. p. 21. sqq. DREYER de usu genuino Iuris Anglo-Saxonici in Cimbrico p. 27. nota. Vbi ad ann. 1130. usque procedit.

(bb) Ita *Ausfridus CUM OMNI LEGE MUNDANA*, a patruo *Raspero Trevericae civitatis Episcopo, sum DIVINA institutus. DITMARUS* ap. *Leibnit.* T. I. p. 354. Ita *Bertrannus Meisenfis divinae & humanae Legis egregie peritus*, Episcopus, electus 1130. *DACHERI* Spicil. p. 230.

(c) Huc pertinent ea, quae de REGINONIS Disciplina Eccles. & BURCHARDI Wormacensis Decreto, Romana multa continentibus etiam Iustinianea, narrantur.

(d) E. g. MURAT. T. IV. p. 114. ubi 1222. sub titulo *Legum Seculi*, tota fere lex Majestatis praeberur.

(e) ARNOLDUS LUBEC. Chron. Slavor. L. II. c. 10. apud *Leibnit.* in Script. Brunsvicensibus.

(f) Apud CRUS. Annal. Suev. P. II. p. 561. Tomo I. ubi: *Imperatorem decessisse incestarum - seque legitimo matrimonio ei conjunctam, - eo die ante obitus. sui diem ORDINANTE - omnium bonorum suorum LEGITIMAM intravisse HEREDITATEM.*

(g) IBID. P. III. p. 180. Vol. I.

(h) Ad *Heineccii* Hist. Iur. L. II. §. 55. p. 804. sqq. usque ad §. 67. incl.

cessis enim illis omnibus, ne centesima quidem pars Iuris nostri, eo absolveretur, & VRSPERGENSIS, Germanos, Lege Romana non regi, Seculo XIII. asserens, (i) (§. 28. citatus,) atque inde, *solos Italos, inter omnes gentes, scripta Legum Sanctione uti*, pandens, me satis tutum esset praestiturus, ipse Iure Romano eruditus. Quin intueatur quis duella, banna, totum, Iuris Personarum, Rerum, Contractuum, Donationum mortis causa, Successionum, Criminum, Vindictae & Poenarum habitum, cum procedendi more, tum usitato; vix Romani quid, praeterquam in verbis instrumentorum, & raro invenerit, vel alia idonea ratio (k) poterit reddi.

§. 43.

Vt hoc, aliquibus adhuc exemplis, illustremus, in litteris Annae, Comitis de Kyburg, ejusque mariti, Eberhardi Comitis de Habsburg, quibus oppidum suum Friburg in Ochtlandia, Filiis Rudolphi Romanorum Regis vendunt, datis in

Meienriet, feria VI. post Catharinae CI^o CCLXXVII. legitur *de Iure Canonico & Civili*, & de variis exceptionibus, uti passum Diplomatis MSci in margine excerptimus, (a) in instrumento meri Germanici Iuris, sed Formulis Iuridicis, a Notario incrustato. In charta Ludovici IV. pro Hennenbergiis, legimus *Ius Civile & Plebiscitum*, ubi tamen nemo, ex adducto in margine loco, dubitaverit, de Iuris Iustitiani Corpore, cogitatum haud esse. (b) De Iudiciis profecto agebatur, ubi Principes, ut Scabini Imperatoris assidebant, sive causa decideretur secundum *Stattrecht*, sive secundum *Landrecht*. Vox enim *Recht*, quod alibi docuimus, nostratibus, in aevo medio, non Legum Codex, sed Iudicium & Sententia Iudicis. Hic vero tantum, in hujus rei probationem, chartam anni CI^o CCCXCIII. allegabo, ubi sensus docet, voces *geistlich und weltlich Reht*, nil aliud omnino esse posse, quam *Gericht*. (c) Id quod & alias, eodem modo exprimi solet, ubi deinde nulli du-

(i) In Chronico p. 224. ed. Arg. 1609.

(k) V. g. verba: *auxilium Iuris Canonici & Civilis*, non denotant Iurium Codices, sed: *geistliche und weltliche Gericht*, uti notavi *Select. T. II. pr. p. 17.* Confer GLAFEY *Ancedot. T. I. p. 403.* anno 1360. Vnde tota haec, olim ita decantata formula, nihil plane ad usum Iuris Romani demonstrandum, posthac faciet.

§. 43. (a) *Item per juramentum a nobis in evidenciam facti & ratificationis personaliter & publice praestitum, per legitimam stipulationem in praemissis, libere, sponie, expresse renuntiavimus, & praesentibus bona fide, sine omni dolo renunciamus, OMNI IURI CANONICO ET CIVILI, Actioni, pactioni, exceptioni, constitutioni, consuetudini, specialiter tamen exceptioni deceptionis ultra dimidium iusti precii, beneficio restitutionis in integrum, jure minoris, & omnibus aliis perque vel occasione quorum in foro ecclesiastico vel seculari impugnari, vel retractari posset aliquantulum contractus & venditio oppidi praenominati.*

(b) Dicit illic: *omnia Iura principum tam in ingressu quam in egressu ad Imperialem deliberationem, in sententiis inveniendis, dictandis, pronuntiandis, in Iure Civili & plebiscito, quod vulgariter dicitur Landrecht.* ap. HOENN & GEBAUER *Leben Kayser Richard.* p. 441. quorum ultimus, pro ea qua pollet summa eruditione, illic & p. 443. rite interpretatur *Ius Civile*, per *Stattrecht*, *plebiscitum per Landrecht*, vel *gehegtes Gericht*. Sed verba Iuris Romani, qualiacunque, nostris applicata rebus Germanicis, & ita etiam, Nobilitas Superior ac Inferior, *Quiritium* nomine venit, lb. p. 444.

(c) Ap. MEICHELBECK *Histor. Monaster. Benedicto - Burani T. II. p. 95.* verbis: *Vnd wo auch das alles zu dem Rechten kern, es wer geistlich oder weltlich, das wir oder unser Erben wieder*

bitationi locus. (d) Caute ergo allegandae id genus formulae, saepe nihil minus, quam usum Iuris Romani probantes, & tamen tales, quae probent, pluribus visae.

§. 44.

IURIS etiam CAESAREI, sive *Kaysersrecht* primum certe, ob antiquitatem, locum semper obtinentis, SPECULI illius, quod ALEMANNICUM vocant, & SAXONICI, Collectiones omnes, hisce, ante Interregnum, temporibus, debitae, licet successu temporis interpolatae, (Saxonico excepto, quod Glossa ab hac noxia servavit, (a) parum Romani Iuris praebent. Egimus de primo, Caesareo nimirum latius, (b) & dicemus alias plura, quibus, hanc Collectionem, Ius Imperii tum Commune sistere, probabimus evidenter. Id vero, cui Alemannici nomen fecerunt, non minus, Ius Commune Imperatorium continere, jam adstructum. (c) Postea V. C. GOENNE (d) in Speculo

Suevico, non Suevica, sed Iura Imperii communia haberi, ostendit. Et certe, non ficulneis, diversis tamen à meis rationibus. Nec Speculator Saxo, aliud quid egit, quam ut Iura Communia, additis Saxonice specialibus, congereret. Hinc illi libri, *Kaysersrecht*, sive *Landrecht*, qua voce, Ius Commune describi, alibi exposui. (e) Postea vero demum didici, Suecis, vel hodie, *Landrecht* dici, Ius Commune, *Landlog*, *Landzrett*, (f) à quo, nec in lingua nostra, SCHILTERUS abludit. (g) Distinguenda vero omnino, Iura communia Saxonica, à reliquis, cum SYNODUS TRIBURIENSIS, anno DCCXCV. jam docuerit, Saxonica à Francicis esse diversa. (h) Et inde, duo Specula postea conficienda, ea tradentia, quae Ius, ita dictum Caesareum, non tetigerat, aut postea erant immutata. Ejusdem certe ferme tenoris, cum eadem Iura generalia, & reliquae Germaniae, & Saxonibus, à Regibus scriberentur. Addendae vero erant, utrique

den Brief chriegten, oder rechten, das sollen wir alles des ersten Rechts haben verlorn, und der offigenant Herr Abt Heinrich und sein Gotteshaus alles bebabt. Vbi sensus est, si lis oriatur, statim in primo iudicii confessu, sive Ecclesiasticus sive Secularis sit, promissores si repugnent, condemnari debere.

(d) E. gr. PARERG. Goetting. P. II. p. 114. lege formulam: *Das wir nimmer abgetriesben noch werben solnt diese Eide noch von dem Bapste - noch von geistlicherne noch weltliche Hsricht.* Et p. 119. ubi Clausula haec anno 1506. usu venit.

§. 44. (a) Adde hic dicta supra §. 32. in fine, de Iure Feudali Longobardico, quod salvum esse non potuit nisi per Glossam.

(b) Praefat. Corp. Iur. Feud. §. 6. fqq. Append. V. §. 2. fqq. hic.

(c) Ibid. §. 11. fqq.

(d) Integra Diff. de commento Speculi Suevici, nec non Iuris Suevici, seu Alemannici, quod in illo haberi creditur. Erlang. 1753. 4.

(e) Differt. de Probationibus. §. 39. p. 59.

(f) VERELIUS ad Gotrici & Rolli Historiam p. 20. Notum vero, in Suevica lingua, multa conservata, quae ad nostram antiquam pertinent.

(g) Glossar. p. 677. voce Recht.

(h) Cap. I. X. de Sponsal. ubi ex Synodi (in Collect. Concil. Coleti T. IX. Col. 649. §. 39. extantibus) verbis: *Verum quia non eisdem utuntur Legibus SAXONES & FRANCIGENAE, causatus est, quod eam non sua, id est Francorum Lege desponsaverat.* Adde cit. à DREYERO de usu genuino Iuris Anglo-Saxonici, in Iure Cimbrico p. 79. fqq. ubi prolixè de Iure antiquissimo Saxonum, semper distincto & illibato, agit.

libro, Iurium differentiae. Inde, de differentiis, utrinque sermo. Si vero diversae hae Leges, si nunquam abolitae, si in Specula relatae, si Iuris Saxonici, apud Saxones, perpetuum usum sciamus, nunquam Lege restrictum; quis qualisve locus esse potuit Iuri Romano, nisi in iis, quae illic recepta esse traduntur? Et vel postea etiam, omnia fora, Iure Germanico perstrepare, observamus.

§. 45.

Nihil ergo Romani apud nos, usque ad Rudolphum I. nisi in Clericorum causis, ex Iure Romano, Decreto, & Decretalibus definitis, aliisve, maxime paucis. Imo Rudolphi I. Alberti, & Ludovici IV. Constitutiones, post Specula productae, Novellarum quasi in modum, non Iuri Romano, ut in Italia, illic communi, cum

Longobardico, sed Codicibus utriusque Speculi, in MSSis adduntur (a) Haec vero, in Codices Iuris Alemanniae & Saxoniae illatio, non forte fortuna facta; sed quia hi Codices, eodem modo, quo in Italia, Leges Longobardicae, concreverant, & Iuris Caesarei, apud nos, haud secus, ac Ius Romanum Iustinianum, cui ideo & Leges novae, illic addendae, in Italia species erant. Hinc vero Imperatores, simili modo in Germania, ut in Italia ab iis id factum, *Authenticas* suas Germanicas, his Germaniae Codicibus inferri iusserunt. Novum hoc videbitur, sed probabo dicta, satis locuplete teste, OTTO-CARO AB HORNECK Seculi XIII. & XIV. ineuntis Scriptore, qui Friderici II. iussum, ad Electionis modum pertinentem recenset, ignotum quo anno emissum. (b) Extat haec Lex tum insertioni com-

§. 45. (a) SCHILTER praef. Operum posthum. T. II. Append. p. 20. ubi: Constit. Ludovici IV. Id etiam in meis Codicibus observavi, Austriaci vero, post Imperatorias Rudolphi I ac Alberti, adduat Ius Viennense, aut Neoburgense, aut Heimburgense, aut Constitutiones Principum Austriacorum, Hassiaci, Hassiaca, alii alia. Imo est mihi Codex, cunctas Imperatorum Authenticas, usque ad Rupertum adhibens, quin alter, Reformationem etiam Sigismundi de anno 1431. subiiciens.

(b) Apud PEZIUM Tomo III. Script. Austr. Cap. 101. p. 114. ubi lego:

Dem Cbeiser Fridreich

Cbeclagt Cbgleich

Do er den naechsten Hof bes,

Der secht an der Siet,

Und gepot daz

Daz daz Recht fürbus

Siet solt beleiben

ER HIEZ EZ AUCH SCHREIBEN

AN ALLEN DEN PUECHEN

AN DEN MAN DEW RECHT SOL SUCHEN

Wen binfür

Die Herren zu der Cbur,

Hincz Franchfurt kemen,

missa adhuc hodie in SPECULO SUEVICICO. (c) In Saxonico contra desideratur, aliis ad Electionem pertinentibus reliquis. (d) Longe ergo antiquiores sunt hae Collectiones, atque id majores nostri existimarunt, & publice probarae, sed haud secus, ac Ius Longobardicum Feudale, (§ 32.) interpolatae. Et tamen, de hujus autoritate in Italia, nemo dubitat.

§ 46.

Certe antiquiores esse, has Iurium Collectiones, atque id olim existimatum, praeterea etiam, ex meis Codicibus Iuris Alemannici, ego statim probare possem.

*Und ob sy daz vernemen ,
Daz man sen nicht erwelt
Len in den Statt so salt ,
Man den Kunig bievor welen .
Und dem vor zellen
Dem der da erwelt wurd
Daz er sefaez Franckenfurt &c.*

DE HORNECK vita vide von KHAUZ Oesterreich. Gelehrten p. 38. sqq.

(c) IUS ALEMANN. C. CXI. CXII. CXIII. ex edit. *Schilteri* Tomo II. Anecd. p. 69. sqq. Et simili modo insertam legas Constitutionem Friderici II. de haereticis Cap. CVIII. Ibid.

(d) IUS SAXON. Landrecht. L. III. art. 52. sqq. potiora de electione ad modum Alemannici habet, sed ante Gioffae tempora, forte ea omissa, quae ad Saxoniae notitiam adeo non spectabant. Et ostendam ego illic, aliquando, omnes Constitutiones Friderici I. & partim II. de Pace Publica, Pacis Violatoris us, & reliquas, una cum Constitutione Friderici I. de Expeditione Romana, quas insertiones, parili modo, sensim semlimque contigit, diversitas Codicum, qui in meis sunt manibus, demonstrabit. Ita vero vides, quam multa longa dies passim doceat.

§. 45. (a) Sant enim mihi Codices tantum facta Historica Ottonis IV. referentes, alii vero etiam Friderici II. ubi de Excommunicatione Imperatoris loquuntur, addentes.

(b) Verbis: *dis Rechte hab ich nicht selbst erdacht, Es habens von Alters auf uns bracht, Unser guten Vorfahren.*

(c) Praef. Iur. Feud. Alemann. §. 15.

(d) Ad annum CIOCCVIII. apud *Freber* Tom I. Script. Rer. Germ. Et uti priores Imperatores, Suevica Iura confirmaverant, ita etiam 1234. Fridericum II. id egisse notat GASSARUS Annal. August. d. anno Tomo I & Albertum I. 1298. WERLICH Chron. August. Parte II. p. 94.

(e) Nosti Codices CAPITULARIUM. Non ignotus Codex DIONYSII EXIGUI, ab Hadriano Papa, Carolo M. transmissus. GONZALEZ in Appar. Iuris Canonici p. 20. Et refert BALDRIGUS Cameracensis, Henricum II. Gerardo Cameracensi Episcopo, iussu ejus ordinando,

(a) Ipse deinde ECKIUS, aut quisquis demum, praefationis Speculi Saxonici autor sit, hoc innuit. (b) Et cum Imperatoribus probati, *Reht*, per excellentiam, *Landrecht*, *Rehterlich Reht* dicti, (§ 43.) qui titulus in omnibus MSSis iis haeret. Quin adeo haud inficete SCHILTERUS (c) ex GODEFRIDO *Colonienf* (d) hariolatus fuerit, Speculum, quod nos Suevicum dicimus, ab Ottone IV. anno CIOCCVIII. fuisse confirmatum. Nec adeo simplices putes, majores nostros, ut ipsis, Codices Legum, in Cancellaria Regia, & alias, asservari non essent. Et ostendam tibi, *Codicem Legum Iuris Sacri*. (e) Spectabis *Chro-*

nica, ab aedituis aulae Regiae conscripta, (f) Habes Regesta WIBALDI Corbejen-
sis, (g) & Epistolas Petri DE VINEIS, ac
Continuatorum, vera Regesta Regum. (h)
Habes Codices Legum in Italia. Cur ergo,
apud eisdem Reges, de Codicibus Legum
in Regia Germanica, & antehac semper,
Germanis, illic consuetis, (i) ac omnino
pro usu rerum necessariis, dubites?

§. 47.

Ab hac vero autoritate, & receptione
generali, tanta seges Codicum utriusque
speculi nostri. Non id forte fortuna ac-
cidit, nec privatas Collectiones, generalis
sequitur applausus. Contra, oppido pauca
Corporis Iuris Exempla MSCta, quae ad
Caroli IV. aevum pertingant, vel hodie
sunt Germaniae. Suevici, quod vocant,
Speculi autem, in omnibus Curii extra
Saxoniam, Codices depositi, uti in Saxo-
nia contra, Speculi Saxonici. Nec STA-
TUTIS Civitatum antiquissimis, quae
Seculo XIV. condi coeperunt, aliquid
ferme Romani immistum. Novi Doctores,
novi Glossatores, novi Notarios, Le-

gis peritos, Ludovici IV. praecipue aevos
in Germania; sed novi etiam eos, paucis
exceptis, Clericos aut Monachos fuisse,
uno vel altero in Seculo existente. Nulla
pro Lege Romana, Germaniae Academia,
nullas ipsius Schola, vel in Monasterio ali-
quo, imo parvus usus illius, in foro ubi-
libet. Et hinc etiam, illi, novae Leges,
Regum nostrorum, Germanicae, haud ad-
jectae, quod alias omnino faciendum erat.
Quinimo oppido pauca ratione totius,
pro Iure Romano deprehendas. Et qui
ex raris aliquando occurrentibus exemplis,
usum generalem Romanarum Legum con-
ficere nituntur, idem agunt ac ii, qui
Graeca verba, v. g. in Ciceronis Operibus
deprehendentes, inde efficere contende-
rent, eum, non nisi Graeca dictione usum
esse. Certe, modus ipse procedendi, toto
adhuc Seculo XIV. in Curia Imperiali &
tota patria nostra, e fere similis, quem
ordo Iudiciarius, *der Richtstig*, praebet:
(a) Decidebantur vero cuncta, *nach Lan-
desrecht und Gewohnheit*, quae for-
mulae idem sonant, ac si diceret secundum
Ius commune receptum. (b)

Codicem ordinationis largitum esse, his verbis: *Largitus est LIBRUM, consecrationes Clerico-
rum, & ordinationem Episcopi continentem, ut per hunc consecratus baud-irregulariter ordinave-
tur.* L. III. p. 271.

(f) BALDRICUS p. 368, ubi: *Remissamus igitur bella Imperatoris & magnifica facta AED-
TUIS EIUS, & nos ad gesta Pontificis, quae restant, redeamus.* Cogita hic de DAVIDSCO,
TO, RADEVICO, & HERMANNO aedituo, CHRONICO AULAE REGIAE Caroli IV.
ac aliis.

(g) Apud DURAND & MARTENE Collect. ampliff. Tomo II. p. 179. sqq.

(h) Sunt illi, partim editi, partim MSSi, regesta Friderici II. & Conradi IV. continentes.

(i) Vide SCHILTER Praef. ad Cod. Iur. Feud. Alemanici §. 10. de Libris & Codicibus Legum,
in Regia & omnibus Iudiciis.

§. 47. (a) Et de hujus autore diximus §. 30. praef. *Corp. Iur. Feud.* Vbilibet autem in MSCtis,
vel Iuri Saxonico, vel etiam Suevico, quod vocant, vel etiam *dem Keyserrecht*, adscriptus depre-
henditur. Quin & hic, haud dubie, ab HERMANNO, ex antiquiore aliquo libro descriptus.

(b) Exempla hujus rei in *Lein. West. rechtl. Auszügen* Doc. N. 2. p. 3. anno 1318. *Select.*
meorum. Tom. II. 1357. p. 653. III. p. 590. *als des Landes Gewonheit ist.* p. 340. *als des
Landes Rechts ist.* p. 344. anno 1418. *Landes und Lebnrechts.* anno 1371. Tom. IV. p. 206. &c.

§ 48.

Carolus IV. is fuit, cui Ius Romanum, in Germania, plurimum debet. Ejus **CHARTULARIA** huc usque edita, Romanis perstrepunt. (a) Scio id jam Ludovici IV. aevo accidisse, & inprimis Magdeburgenses, qui Burchardum Episcopum occiderant, liberari *ab infamia Iuris vel facti*, protegi contra omnem Legem, inprimis *Legem Corneliam de Siciariis*, (b) & alia hujuscemodi, qualia plura occurrunt. (c) Sed haec omnia nihil ad Carolum. Exscribam aliqua, & constabit de reliquis. Is anno 1360. dicit *Iuris communis, Unser Kaiserliche Recht und Gesetze*, esse, ut reconventioni sit locus, & ut quaelibet actiones, exponantur coram Iudice competente, ubi iterum ad Ius commune provocat. (d) Inde ille denuo, *Keiserlich und Kuniglich beschriebenes Recht* allegat. (e) Integras etiam lacinias Iuris Romani praebet Diploma Palatinum, pro Nicolao de Albertinis 1361. in ipsis Comitibus datum. (f) Is etiam in Aurea Bulla sua, cum semper de infamia, & foro competente, aliisque hujuscemodi lo-

quitur, tum etiam *Legem Majestatis* fere totam, iisdem verbis, ut Ius Imperii exscribit. (g) Is quoque *Academiam Pragensem*, Iuris Civilis Professoribus, primus in Germania indyctam fecit, & ubilibet Ius Romanum promovit. (h) Ad hujus Universitatis exemplum Viennensis, 1363. Doctoribus Iuris ornata, & sic porro aliae. (i) Wenceslai autem aevo, ortus plane aliquis, *Vbertus* nimirum **DE LAMPAMIANO**, (k) qui Germanis, quaestiones Iuris Publici **MCCCLXXX.** Pragae exponeret, *respondens de quolibet in utroque Iure, per viam rationis*, cujus molimen ex libro raro exscribi curabo in adjunctis N. 1. Et post ea tempora, nullus omnino dubitet, Romanum Ius, apud nos fuisse receptum, atque receptum Iuris Communis in vicem, quod Imperatores nostri, ut suum considerabant, ut ab Antecessoribus, quos nominabant, profectum. (l) Et tanta nata, Seculo inprimis **XVII.** Iuri Romano reverentia, ut ea quae, ipsi contraria, nominatim comprobari debere, quin imo, vigor maximus, inde rebus accedere crederetur, si ita valerent, *als unser Kayserlich geschriebenes Recht.* Quam

§. 48. (a) Deprehenduntur illa apud **GLAFEY** in *Anecdosis*, **MENCKENIUM** in *Scriptoribus*, & **I. W. HOFMANN** *Urfunden-Sammlung*.

(b) 1327. in *Diplomate* apud **WERDENHAGEN** de *Circulis Imperii* p. 109. 110.

(c) E. g. Solennis in integram restitutio **Friderici Gravis STRUV.** *Acta lit.* T. II. p. 503. sqq. anno 1337.

(d) Ap. **GLAFEY** *Anecd.* p. 322.

(e) **IB.** p. 352. ubi *Wer auch das dbeinerleye Keyserliche oder Kunigliche beschriebenes Recht, oder der Lande Gewonheit do wider weren etc.*

(f) **IBID.** p. 572. sqq. statim verius Italiam.

(g) **C. 24.** inter *Leges Metenses*, ubi ridendi sunt ii, qui hoc Caput ex **L. 5. C. ad L. Jul. Maj.** depromptum, moribus patriis illustant.

(h) **BALBINUS** *Epi. Rer. Bohem.* L. III. **C. 21.** & alii plures.

(i) **LAMBECC.** *Lib. II. Comm. de Bibl. Caes. Vindob.* **C. V. p. 83.** **CONRING.** de *Orig. Iur. Germ.* **Csp. 31.**

(k) **MADER** in *Append. Gervasii Tilber.* p. 117. sqq.

(l) **DE LUDEWIG** *Reliqu. Mstorum T. I. praef.* p. 10. sqq. **DATTIUS** de *Pace Publica* toto libro fere **IV. Cap. I.** inprimis.

in rem tamen unico exemplo, anni CIOIOXXI. te satiabo, (m) alias pluribus jam adductis. (n)

§. 49.

Antequam ulterius progrediar, etiam id omittere haud oportet, Pontifices & Clericos, ab omni tempore, Iuris Germanici Collectiones & placita, haud aequis spectasse oculis. Scilicet in iis, quoad Iura publica & privata plurima erant, quae Pontifici & Clero placere omnino non poterant. Scimus, quid à Gregorio XI. Papa, & deinde in Concilio Basileensi, ac ab Eugenio IV. actum sit; quorum ira, in Speculum Saxonicum, praecipue deserbuit. Remitto haectenus ad STRUVIUM. (a) Et aliqua huc spectantia praebet ODERICUS RAYNALDUS. Sed lumen, haec res, praecipue expectat a Viro erudito SCHEIDIO, Hannoverano Consil. Aulico, qui *Iohannis CLENKOCK* Considerationes, & reliqua hujus rei acta, est editurus. (b) At non vicit Pontifex, nec profuit ei Iuris - Consultorum applausus, aut rem confecerunt, apud ipsum Caesarem Machinationes. Et ne ullus quidem articulus, ex damnatorum numero periiit. Sicut nec Pontificis prohibitione, periire Imperii Recessus, aut Pax Westphalica, Avorum nostrorum temporibus. Imo de

de Saxonici Iuris viridi observantia, post Carolum IV. adhuc testatur BALDUS, (c) reliqua autem suppeditat GRYPHIANDER. (d) Quin & postea omnia Germaniae instituta, fremtentibus licet Iuris-Consultis Romanizantibus, conservata. Et tandem his suffecit, sua Romana Placita, cum patriis, in qualemcunque consonantiam redigere, licet in Cathedris longe aliud dicerent, atque in rebus agendis ipsa applicatione quotidie confitebantur. Et possem specimina multa praebere, ubi ipsis satis fuit, rem mere Germanicam proponere, & ex Placitis consuetudine receptis decidere, modo illud solenne, *argumento Legis* cujusdam π . aut C. addere liceret. Id vero minimum à Seculo XV. ineunte obtinuisse scio. Et integrum, **REGULARUM IURIS MERE GERMANICI, VOLUMEN**, eo tempore confectum, sed argumentis Legum, sive Iure, sive injuria probatum, producere hanc in rem possem, quod MStum Bibliotheca mea servat. Minima ergo pars illius, quod Legibus Romanis eo detortis probatur, Romanum est, sed indubiis Iuris patrii placitis, Romanae Leges, probationis in continenti causa, additae sunt. Si vero inde, quasi per specificationem aut annexionem, Romani quid effectum fuisse velis, jam non liti-

(m) Carolus V. in Confirm. Pacti Successorii Solimensis apud LUNIG. Arch. Imp. P. Spec. Cont. 2. unter denen Grafen und Herren p. 304. ubi: daß sie gelten sollen, als unser Kayserlich Gesetz, CONSTITUTION und geschriebenes Recht. (Forte tamen hic non de solo Iure Romano sermo) Deinde: die Sagung, als unser Constitution, und geschriebenes Recht halten, und wo es zu Rechtfertigung käme, dermaßen darauf urtheilen, sprechen und erkennen.

(n) Tomo I. SELECTORUM praef. & passim in scriptis meis.

§. 49. (a) Hist. Iur. C. VI. §. 23. p. 469. sqq.

(b) Hannöb. Gel. Anzeigen 1753. n. 84. sqq.

(c) Conf. 174. Oper. Vol. IV. Card. TUSCHUS voce Saxonia concl. 49.

(d) GRYPHIANDER de Weichbildis C. 47. sqq.

gabo, & si quidem e. g. pileo Chinenſi Iuris - Conſultus forte utatur, eum Chinenſem dicam, ſi Turcico Turcam, & ſic porro. Sed tamen vel ſic, à Wenceslao inde uſque, id factum concedo, & creberime.

§. 50.

Aequum ſatis me iudicem eſſe, vel ipſe TABOR daret, cum reliquis Iuri Romano maxime amicis, qui à Wenceslao indeuſque, imo anterieus longe, *Iuris Romani ut Communis* uſum, apud nos admitto. Largior inde, celebratum Academiae, penetraſſe in Curias, Appellationes admiſſas, teſtamenta ſaepe. Iure Romano facta, tutelae eo partim rectas, fere abſorpiſſe illud criminum antiquam doctri- nam, turbate id multos contractus, patriam Segetem ingentem Conſultorum Iuris Romani nobis dediſſe, & quidquid demum velis, quo de aequitate non con- queraris. Verba itidem *Receſſuum Imperii* non ſolicitabo, vocari Anteceſſorem Maximiliani I. Iuſtinianum, Iuſtiniano huic paruiſſe Germaniam, intellectu Iuris licet non Historico, nec ulla in re, quam exigas, me difficilem praebebo. In vicem vero, Saxonibus ut Icti dent volo, jam Constantino M. & Sylveſtro Papae Germanicam ſubſuiſſe; ſed iterum certitudine Iuridica, ex SPECULI SAXONICI narratione. Et ita transactione inita, Historicorum placita curare, haud opus erit. Scio; & mente teneo, quas poenas dederint, Iuris Iuſtinianei aſſeclis, KULPISIUS, THOMASIVS, GUND-

LINGIVS, LUDEWIGIVS, omnia ad amuſſim exigentes, & Historica veritate ſubnixi, in aliam partem euntes. Qui in Iure Romano cottidie verſor, id tandem, miſſo luſu, denuo receptum eſſe ajo, nec exturbandum. (§. IX.)

§. 51.

Id tamen me non impedit, quo minus iterum in eo ſubiſtam, ſatius nos veteres coluiſſe Leges. Erant hae moribus noſtris, & formae Reipublicae commodae, probae, certae, aequae ac bonae. Et *Iure communi* Romano haud ſecus opus eſt, atque communi omnibus calceo, pileo, aut libro, litterarum Germanicarum, elementario. Hoc Ius cuncta, quae certa reddere debebat, magis incerta reddidit. Inde litium ſeges, inde mala, moribus noſtris a Romanis plane diverſis, nec Iure Romano, licet communi, in totum unquam ita recepto, ut noſtra excluderet. Vti Itali Iura ſua & conſuetudines, utut Lege Iuſtiniani ſcripta, antea Iuri ejus dati, (§. XI.) poſtmodum ſibi vindicarunt retinentque; (§. XXIII. XXXIV.) ita longe maiori ratione, & nos, quibus nec *Iuſtinianus*, cultum Iurium ſuorum injunxit, nec Lotharius I. Legis hujus Profeſſores dedit. Nulla Lex ullibi apparet, & ſemper judicabatur, als des Landesyt und Gewonheit ſey. (a) Nec Imperii habenas capeſſebat Imperator, niſi confirmatis antiquis Iuribus ac conſuetudinibus. (b) Et poſtea, id omnibus etiam reliquis, in Germania largiri, praeter Electores, CAPITULATIONE adactus, atque adi-

§. 51. (a) Conſtitutio Friderici II. 1236. ſemper poſtea confirmata cap. VI. in RECESS. IMP. nova Ed. T. I. p. 21. ALBERIC. ap. Leibnit. in Access. a. 1234. Adde nobis dicta Append. Diſquis. ulter. de Succell. Hanovica §. LIV. per TOT. WOELKER. Norimb. Dipl. p. 97. & alibi, ex qua Friderici Lege etiam latinia aliqua, uſus perennis teſtandi cauſa, AUREAE BULLAE c. 15. infera.

(b) AUREA BULLA c. 2. §. 8. 9.

gitur. (c) Non terram, non civitatem, Imperator aut Dominus, unquam ingressus est, nisi confirmatis & Publicis & privatis Iuribus, ab antiquo receptis. (d) Non ergo ab iis recedere licebat.

§. 52.

Vt vero & hoc Documento muniam, magis ac omnia reliqua, hanc rem confirmaturo, ex CONTINUATORE COSMAE PRAGENSIS, (a) edito, satis recenter audi, Wenceslaum II. Bohemiae Regem, circa annum CIOCCXCIV. Magistrum GOCZIUM, utriusque Iuris, tam Civilis quam Canonici idoneum Professore, pro instaurandis scriptis Legibus, ex Italia in Bohemiam vocare, & *studium generale*, Pragae in-

staurare voluisse, sed a Concilio generali Statuum fuisse prohibitum, quia *hi intendebant, Clericalis dignitatis profectibus contraire*. Vides Regem, a Statibus regni prohibitum, ne Leges introduceret, ne studium generale institueret, nihilque adeo potuisset hactenus Regem, invitis Proceribus. Relicti ergo Bohemi suis Legibus, & relinquuntur adhuc, Iure Romano licet, cathedras postea & hodie personante. Quaerebat vero suis *Iuribus* praecipue Clerus, *suae dignitatis profectibus* consulere. (b) Et haec introducendi ratio candidè indicata. Sed id Proceres, & Iure, haud tulerunt. (c) Non vero major potestas Imperatori, in regno Germanico, quam Regi in Bohemia. Vnde omnino certus esse poteris, de eo, quod

(c) CAPITULATIONES, & novissima imprimis art. I. §. 2. 9.

(d) Vocabant id *den Eintritt*, de quo ACTA SPIRENSIA 1715. & LEHMANNUS Chron. Spir. L. IV. c. 23. p. 328. sqq. in Exemplum, & COLONIENSIA, WORMATIENSIA in Iudicio Aulico, imò Otto IV. ac Fridericus II. omnia Iura vetera Germanica stabiliverunt, & ingressi Imperium, & postea. GODEFRID. COLON. a. MCCVIII. & MCCXXXV. apud Freherum Tomo I.

§ 52. (a) Cum Dissert. Pragensi 1754. fol. de Retractu, Praeside SCHWARZ DE LAURO emisso. p. 20. cap. 9. sequentibus: *Et illo tempore, Rex vocaverat Magistrum, GOCZIUM VTRIUSQUE IURIS, tam Canonici, quam Civilis yoneum PROFESSOREM, volens instaurare scripta: Leges in suo regno, quidam autem Nobiles hiis auditis, non modicum doluerunt, ne vigor scripti Iuris inualesceret, & ne utilitas aliquorum in judiciis deperiret, unde Rex, propter eos distulit facere suum inceperat, & ipse etiam GENERALE STUDIUM Pragae decreverat instaurare, & Sui, sibi in eum disuaservunt, & hi non intendebant PACI principaliter consulere, sed potius DIGNITATIS CLERICALIS PROPECTIBUS CONTRAIRE.*

Consilium tale, Studium revocat generale,
VNDE STATUM CLERI, REX PROPOSUIT REVERERI,
Miror, quod mille plagas non percipit ille,
Quem cuncti nostis, CLERI TAM PUBLICUS HOSTIS
Qui Studii Flores, & CLERI TOLLIT HONORES.

(b) Egregie haec illustant illa, quae ex Rogerio BACONO SELDENUS praef. ad Tutam c. VIII. §. 2. p. 1098. sqq. Operum Tomo II. attulit, ubi Clerum, Iure Romano, ideo vivere voluisse apparet, quia Legibus provinciarum, quae respuebat, subijci metuebat. Credebant enim Clerici, nullis plane provinciarum legibus se teneri, id quod notissimum est.

(c) Eandem autem Historiam narrant, & plura adhuc suppeditant, AENEAS SYLVIUS c. 28. Hist. Bohem. DUBRAV, Hist. Bohem. Lib. XVIII. ap. Freher. p. 150. PONTAN. Bohem. Pisae Lib. 2. p. 23. BOREGK Böh. Chronick p. 253. GOLDAST. de regno Bohem. L. IV. cap. 15. §. 7. Magnis ergo hic Clerus excidit spes, quod pluribus in locis contingere, necessum fuit.

dixi. Et cum in Germania, ne hoc quidem tentatum sit, multo magis credes, usum Scholasticam & Clericalem, longe diversam semper, ab usu *firi* manille, quicquid demum deinde in docendi modo acciderit. Nobiles ergo & Primates, nolebant id, quod Clerus optabat, & cum in modum, res semper comparata fuit.

§. 53.

Quod Clero, in Bohemia non successerat, etiam a Iuris Consultis frustra tentatum. Nec Iuris Consulti illi erant, qui voce illa stentorea ac decisiva, non nisi cathedram suam gubernantes, Iura tollere possent inveterata; Hinc vero ipse LUDOVICUS IV. in Iudicio Curiae suae, se iudicatum recepit, nach Kuniz und Kaiserin seiner Vorsarn: Gesetzen und sie geschriben rechten. Sed mit behaltnisse unser, und anderer Kurfürsten Recht, Freiheit und guter Gewonheit. (a) Id vero vel sic ubique Iuris. Salvae vero ideo Imperatorum Leges antiquae, & bonae consuetudines. Et consuetudo generalis erat, des heiligen Reichs Recht, ad quam, & Iudex Curiae,

& sub eo iudicantes adacti. (b) Qualis illa, ego haud novi. Et semper hic iudicandi modus illibatus, adeo vero non Romanus, ut ter vocatus contumax, tota causa caderet, ut alia taceam. (c) Si vero ipsam Curiae Iudicium, Iuri consuetudinario Imperii invigilare iussim, cum tamen Imperatores, Romana sua crederent; de reliquis iudicare est facile. Invenies vero, paucas superioris, aliquas inferioris Nobilitatis causas, Iure Romano decisas, ignobiles quidem, Iure Romano rectas, sed ut ne decimae quidem causae fata, ex eo solo decidere liceret. (d) Et probavimus olim, Leges Patrias ac consuetudines generales, haud secus ac Romana, Ius Commune constituisse, eoque nomine dictas esse. (e)

§. 54.

Sed Maximilianus I. producit, qui Iuri Romano, omnem potestatem, abrogatis reliquis iuribus, instituto CIO CCCCXCV. Iudicio Camerali tribuerit. (a) Scilicet is Princeps, qui, cum omnium Eruditorum summe amans esset, Iuris Consultorum tamen intempe-

§. 53. (a) RECESS. IMP. ed. nov. P. I. p. 45.

(b) Vide Chartas apud GLAFEY Anecdor. T. I. p. 622. sqq. Caroli IV. Nec non Ruperti Colon. Securis ad radicem posita N. 99. p. 110. & frequens admodum haec formula.

(c) BLUM. Iudic. Curiae §. LI. p. 59. & alii plures. Adde me *Diff. de probat.* §. 48.

(d) Ipse DATTIUS, Romani Iuris hyperaspistes fateretur, de Pace Publica L. IV. c. I. n. 3. omnes Germanos, à seculo XIII. ad XV. Speculo Saxonico & Suevico rectes esse. Saxonici etiam, amplissimam auctoritatem, in eorum argumentis ostendit HOFMANN *Conject. Polit. de natura & orig. LL. Germ. privat.* p. 109. sqq.

(e) *Diff. de Probat.* c. 2. §. 39. p. 59. seqq.

§. 54. (a) STRUV S. I. Civ. Ex. 2. th. 32. SCHÜTZ *Comp. Lauterb. praef. A. STRYCK. Disc. praehm.* ad Usam Mod. §. 24. sqq. & veteres omnes, provocantes ad LEHMANN *chr. spic.* L. IV. c. 21. & usum Camerae. Sed cum Conradus SINGERUS S. KULPISIUS, Vir apud illos damnatae memoriae, id in dubium vocaret, ingenti contentione tum quaesita nec inventa haec Constitutio, donec tandem DATTIUS de Pace Publ. L. IV. c. I. n. III. sqq. & edita formula iuramenti Assessorum, Ib. L. VI. c. 7. p. 876. opportune iis subveniret, ac Lehmanno forte Constitutionem visam affereret. Cui tamen & postea non affuere SUMMERMANN ad II. p. 124. sqq.

riem ferre haud poterat; eosque odio habebat (b) Nil magis ridiculum certe dici posset. Verum his omnium rerum ignaris, error iste, ex alio satis crasso natus est. Etenim iis ita somniantibus, novum Iudicium condidisse creditur, cui etiam novo Iure fuerit opus. Sed si BARTHII, ad Sententiarum Cameralium Volumen praefationem, curate legissent, in patria sua, peregrini, inventuri sane erant, Maximilianum, Iudicium Camerale suum antea saepius celebratum, nova ordinatione tantum beasse, illudque biennio fere intermissum, Iudice & Assessoribus novis quibusdam constitutis, Francofurti CIOCCCCXCV. denuo celebrasse, ex veteri ordinatione, novam fere conflavisse, & huic Iudicio, sedem in Imperio, loco Curiae Imperialis, cum qua antehac ambulabat, assignasse (bb) Si ergo novi quodammodo nihil egit, si vetera reliquit, nec novi Iuris autor erit, ei iudicio praescripti. (c) Curiae Iudicium hoc est, secundum Iura Imperii iudicans, (§. XLVII.) Camerae Dicasterium Friderici III. aevo dictum, & ab antiquo, Romana in subsidium vocans. Lepidi vero fuerunt admodum Iuris Consulti nostri, dum Iuri ab anno MC. fere apud nos audito, postea

ampliolem vigorem quoque Seculo nacto, sibi tantopere adamato, receptionis natalis anno CIOCCCCXCV. demum assignarunt. Et ita quidem, ut, quod fert constitutio, *omnia Iura patria*, ut diu in Camera usu trita, *simul manerent*. Privativum usum ferens, aliqua Constitutio excogitanda erat, & ideo LEHMANNI manes evocandi. Forte etiam subvenisset egregium Brocardicon, testis mortui elogium, loco iuramenti haberi. Ita sane; & risum merebantur. Risimus eorum placita, & jure. (cc) Et qui Maximilianus, Ius patrium abrogasse, illis dicitur, quem Germaniae Antiquitatum summe studiosum fuisse, ostendimus alias? & noverunt praeter Historiae imperitos, hodie omnes? (d) Sub quo etiam binae plane, SPECULI SVEVICI, editiones factae? Crevisse vero Seculo XVI. Iuris Romani usum, crevisse patriorum institutorum ignorantiam, non nego, (d) sed Iuribus patriis, Romano Iuri, saepissime praefereendis, saepe simul subsistentibus, De usu genuino autem dixi, loco citato. Profecto, si huic, novum Ius condere licuisset, qui Iuris Consultos eorumque Deos tutelares stercutios oderat, Germanica contra, summo amore prosequeretur, non am-

(b) FUGGER Ehrenspiegel L. VI. p. 1372. ubi: *Sonsten wie wol er alle Gelehrten Lieb und wert hiehe, so hat er doch die Juristen welche des Bartoli und Baldi Schriften und Meinungen, als onselbare Oracula und Götter, Aussprüche zu allegiren und anzuführen pflegten, gehasset, und nie an sich leiden mögen.* Idem narrat CUSPINIANUS de Caesar. p. 72c. quem ideo laudat de KHAUZ von Osterreichischen Gelehrten, p. 82. sqq.

(bb) Adde *Diff. meam* cui tit. *Historis Iudicii Cameralis, per tot. in Semestribus.*

(c) Non cogitaveram tum de BARTHII libro notissimo ejusque dedicatione p. 7. *versu ne autem* &c. ubi refertur, quoties Maximilianus I. ante annum CIOCCCCXCV. iudicio Camerae praefecerit.

(cc) Meditar. Tomo IV. c. II. de praesumptione pro Iure Romano. p. 764. sqq.

(d) Consule hic *Appendicem nostram* VI. ubi plene hac de re Imo §. V. *supra* docuimus. Maximilianum I. integrum Iustiniani Corpus abrogare voluisse. Et qui Princeps summe elegantioribus deditus, Germaniam Glossatoribus mancipare quasi vel somniansus est, unquam animum induxisse. Consule etiam BURCARD de linguae lat in Germ. fatis p. 198. sqq.

(d) Confer STRUV. *Hist. Iur. c. VI. §. 38. p. 533.* HEINECCIUS *Hist. Iur. L. II. §. 102. sqq.* cum notis.

plius ex Bartolo & Baldo, sed Germanicis placitis erunt responsuri. (§. V.)

§. 55.

Vt vero nostrates videant, quam belle a Sigismundo inde usque ad Maximilianum, Iure Romano usi simus, paucis eorum eruditioni subveniam. Cum Lex omnia Germanica abrogans, à Maximiliano I. lata, nulla adferatur, nec LEHMANNI sacra Anchora satis prosit, aut DATTII conjecturæ rem conficiant; ostendendum illis erit, Germanica omnem vigorem antehac, a Sigismundi minimum ætate amisisse. Ego contra conficiam, a Sigismundo usque ad Maximiliani I. fata, Germanica ubilibet regnum tenuisse. Et pauca, ab ipsis, afferenda exempla, rem haud absolvent, ubi de Romano Iure, & in Iudiciis simul usum habente, sermo sit. Longe aliter se res habet. De Saxonia quæstio nulla, aut superiori, aut inferiori; quippe cui suum Ius relinquunt, Iure Romano tum ne quidem admissio. Nec de reliquis Germaniæ partibus, quæ Speculo, quod sequiora tempora, MUNSTERO duce, Suevicum vocarunt, tenebantur. Cujus etiam exempla, hoc ævo ob usum descripta, ubilibet fere inveniuntur, (a) plurima licet, egregiorum id genus Iuris Sacerdo-

tum ope perierint. (§. XLIII.) Et si testem velint, quo pacto Friderici III. ævo, res fuerit comparata, ex Iuris Consulto *Petro DE ANDLO* ostendam, (b) ejus tempore, Ius Civile, in foro parum fuisse cultum. Conqueritur simul de malis, ex hac incertitudine ortis. Fontem rectius bonus noster *Andelaus*, in ipsis Iuris Consultis, qui stata patriæ instituta, Monarchia sua, turbida reddiderant, quæsiuisset. Sed huic Iuris amor ante omnia. De diuturnitate litium postea sermocinatur, vix secum reputans, lites olim, & antequam Germaniæ Glosiatorum bellaria innotuerant, fuisse breviores. Alias etiam plane in hæc verba erumpit, plurimos populorum, *justissimis Romanis legibus allektor, sponte se illis subdidisse, Germaniam vero eas despiciere*: (c) Habes in nota iterum divinas iras, Germanis, ob contemptum Iuris Romani, denunciatas. Et videtur fere mihi *VIGELIUS*, (§. III. IV.) harum querelarum & comminationum, tantum curas posteriores dedisse. Erant vero hæc illa tempora, ubi in ipsis Comitibus, sive ab Imperatore, sive ab aliquibus Statuum, sive à nescio quo, de Iure Romano, e Germania, extrudendo actum. Revera enim hac de re *MCCCCXLI.* consultatum, & testes facti idonei, Gesta apud *GOLDA-*

§. 55. (a) In sola Austria ultra CC. sunt, Seculo XV. solo conscripta, in Iudiciis tum deposita, sæpe cum statutis civitatum in numeros capitum, usque ad finem Codicis, continua serie decurrentes redacta, cujus Iuris lacinias, tum Ius *Austriæ & Baviæ*, tum cuncta etiam ferme Germaniæ statuta illius ævi pandunt. Ut de *Francfurtensibus* amplius demonstravi, de aliis deductu foret facile.

(b) De Imperio Romano L. II. c. 16. ubi: *Quid dicam de Legum acquisitarum IURISQUE SCRIPTI observatione, quæ fere nulla est, sed IURE INCERTO VIVITUR, & in multitudine illiterata, quod unusquisque sui arbitrii discretionem visum est, id in iudiciis vim Legum obtinere volunt.* Adde dicta ex *RODERICO*. (§. VI.)

(c) L. I. c. 10. ed. *Freber.* p. 34. sqq. ubi: *Sacratissima SANCTIO LEGUM, quibus Romanos Dominium obtinuisse orbis, ipse Romanorum profuerit Imperator. - Quas utique Leges NOSTRA ALEMANIA (proh dolor) IN SUA DESPICIT INSIPIENTIA, quamobrem nunime mirum, si tota compago Romanæ potentiae dissolvatur, OMNISQUE TEUTONIA continua inquietudine, absque justitia agitur & pace.*

STUM & MULLERUM ex tabulariis. (d) Fridericus III. & AENEAS SYLVIVS, postea Pontifex, Iuri Romano certe non satis erant aequi. Nec in Curia Imperii secundum illud iudicabatur, quo pertinent, quae FREHERUS notavit, (e) ego vero non exscribo. Et alibi etiam de hoc Iure tum largae querelae. (f) Fuit ergo & mansit usque ad Maximilianum I. Germania nostra haecenus turbida, & semper talis extitit Iuris Sacerdotum egregia opera, usque huc.

§. 56.

Non vero rectius me a Sigismundo inde, usque ad obitum Maximiliani I. usum continuum patriorum demonstrare posse puto, quam si pauca specimina, ex tot millibus chartarum, hic typo dem, quae haecenus non prodierunt, ubi tam Curia Imperialis, merè Germanica sonat, quam etiam alibi, plane a Iure Romano dissona, als ein Landes-Recht proponuntur. Prima

N. II. est anni Clō CCCC XV. Iudicis curiae Sigismundi, Comitis de Schwarzburg Guntheri. Hic Comitatus Kirchberg in Suevia, Adelheidi & marito ejus Comiti Goritiae conjugibus, a parente Adelheidis Comite Vlrico de Maetsch, in subsidium matrimonii, ut bonum commune concessus, (unde Väterlich und Mütterlich Erbe vocatur,) Comitibus Goritiae, horum conjugum Goricianorum filiis adjudicatus, licet Adelheidis, Hardeckiis Comitibus tradidisset. Id vero hac addita ratione, wann chein Mutter ir Kind unterben möchte unverschulter Ding. Vides hic purum ac merum Ius Germanicum, nullam dotem, communionem bonorum inter conjuges, liberos etiam in rebus a parentibus inter vivos, citra liberorum consensum alienatis immobilibus, heredes necessarios. Factum vero id Constantiae. Bella sane haec Iuris Germanici particula, quam nemo non pro tali agnosceret.

(d) Vid STRUV. Hist. Iur. c. VI. p. 633. sqq. in notis, & HEINECC. Hist. Iur. cum novissimis notis L. II. §. 100. p. 1041. sqq. ubi simul de litibus ob hanc rem ortis. Sed tamen Friderico III. causas fuisse, quare de Iuris-Consultis conquereretur, AENAEAE SYLVII Epistola CX I. indicio est, ubi dicit: Ideo Princeps moderator est legis - Sed HIC NOSTER MONARCHA ET BIPES ASELLUS (de ICTO quodam loquitur,) potius inflatus opinione sui, Cicilem scientiam omnibus praefert - Ac praeterea, si quid egisse CAESAREM audiunt, QUOD IURI SCRIPTO CONTRARIETUR, ID IKRITUM GARRIUNT, nulliusque esse momenti. Quasi obnoxius sit Princeps, terminos Curiae & Szylum servare - Quare SI NON IURI SCRIPTO CAESAR NONNUNQUAM OBTEMPERAT, satis est, quia sequitur AEQUITATEM, apud Philosophos late descriptam QUAM NULLI IURISTAE DISCERNERE POSSUNT. Haec Sylvius. Iisdem vero haec Epistola scripta fere temporibus, quibus propositio illa. de qua dictum, in Comitibus facta. Corrumpebant vero ICTI coacta, quin legere me memini, 1461. Bernae in contentione, de Iuribus Nobilium, mere Germanica, provocatam auf die Geist- und Weltliche gelehnte Rechte SCHILLING von dem Burgunfried, p. 43. sqq. Quod tamen forte etiam de Iure in universum, sine scripto sive non scripto capi posset. (§. XLII. not. k.)

(e) Ad P. de Andlo, dictis verbis. p. 128. sq. in Repraesentat. Romani Imp. OELHAFII.

(f) Ita videas, apud REYUM Daventria p. 124. Civitates Dioeceseos Ultrajectinae tum conquebtis, in supremo Episcopi iudicio non iudicari secundum suas consuetudines, sed Iura scripta. Aliis & mihi ipsis alias dicta, eandem rem ornatura, non cumulo. Vide RICCIARDUM de usu Iuris Feud. Longob. §. XXX.

§. 57.

N. III. Idem Sigismundus, in gratiam Weisenburgensis in Norico Civitatis Imperii, relata consuetudine generali *Des bessehnens* in Germania, concedit ut juramento edito, per majorem Senatus partem, loco huius consuetudinis generalis, de quovis crimine, sine ulteriori inquisitione, cognoscere, & maleficos punire queant. Werdeae Suevicæ CIO CCCCXXXI. Nihil hic Romani, omnia mere Germanica. Et de vita hominis aut membris, quaestio longa haud fuit. Id ipsum vero N. IV. Kaufbeurae CIO CCCCXVIII. jam concesserat, ubi simul genus poenae mere Germanicum, oculorum effossio habetur.

§. 58.

Sub N. V. *Albertus* Austriacus CIO CCCCXXXIX. Ratisbonenses a banno, Iudicii Provincialis Norici sententia iis illato, ideo liberat, quia Civitas privilegio, sit ab omnibus provincialibus, & hoc etiam iudicio, exempta. Approbaturus haud dubie hunc coercendi modum Germanicum, in iudicio, etiam Curiae suae solennem, (a) si Iurisdictionem fundatam deprehendisset. Hoc vero sine omni causae, auditis partibus, facta cognitione. Id quod iterum Iuri Romano non congruit, bene tamen Germanico, ubi in causis claris, ad unius etiam tantum implorationem, praecipue in Appellatione, decisio sequi potest, nec Processibus decernendis opus. Vel hodie vero *hic styius durat Consilio Imperatoris Aulico*, ex quo hoc iudicatum, & non è Iudicio Curiae prodiit, quod & ingressus & subscriptio probat.

§. 58. (a) BLUM de Iudicio Curiae §. LI.

§. 59.

Inde per *Fridericum III.* in N. VI. Neustadtii CIO CCCCLI. lis, quae inter Wildgravium, & Successores in Comitatu Sponheimensi, Appellatione, ad illius *Camerae Imperii*, devoluta erat, determinatur. Declaratur primo per Imperatorem, praevio, Iudici Camerae, dato iussu expresso Caesareo, Aureae Bullae Cap. XI. esse factis planum, nec Iurisdictionem Electoribus, in Vasallos, qui non sint simul subditi, competere. Inde probatio, se haeredem esse, *nach guter Landsgewohnheit*, à Palatino, ut arbitro determinata, ejusque modus, per sex testes nobiles, & sex testes communitatum Magistratus refertur, ubi probationis modus mere & pure Germanicus; Inde male appellatum, adeoque melius & rectius, juramento addito, probandum esse decernitur. Ut id fieri queat, Appellantes haeredes Sponheimenses, remittuntur ad Iudicem competentem loco Palatini, *daz dieselben Unser Oheim darum mochten Recht suchen, an billigen steten, als recht ist.* Tandem de sumptibus & damnis litis determinatur, hanc causam, in fine discussionis, simul decidi debere. Sententia hic mori Germanico conformis, petitus & datus a Iudice Procurator, refertur in litteris totus procedendi modus, accedunt alia mere Germanica, nec ullum, assidentibus licet Iuris Doctoribus, coram Rege Iuris Romani vestigium. Ita vero tum de re controversa statutum, in maximi momenti charta pergamena, quam inspeximus, & quae ob declarationem de sensu Aureae Bullae, Iurisdictionem Privilegia-

riam

riam centumque alia capita, commentario digna esset.

§. 60.

Maximiliani inde plura specimina Sententiarum dare possemus. Et sistuntur à me, dante Numine alias, nil nisi morem Germanicum sonantia. Noster profecto fuit, qui in Comitibus Wormatiensibus, teste VETERI CHRONICO COLONIENSI, (*) Privilegia Civitatum Imperii, iisdem verbis, quibus IN CODICE IURIS CAESAREI L. IV. descripta sunt, confirmasse videtur. Is ipse, qui omnes Germaniae Antiquitates summe coluit. (§. LII. & Append. VI.) Sed id tantum hic dicemus, eum Regio Praefecto Weisenburgensi, de Iuris norma in causis capitalibus roganti, in N. VII. rescripsisse, ut Consuetudines & Observantias Civitatis Norimbergensis, non vero ut Ius Civile, quod simplicissimum fuisset, sequatur. In toto ergo Capitali iudicio plane hoc anno nihil Iuris Romani. Quo etiam scias, quam ejus tempore nondum moris fuerit Imperio sine medio subjectis, privatim, more Romano recentiore, Dominia rerum tradere, ejusdem anni MDXII. aliam chartam tene N. VIII. ubi Senatus Vlmensis, (cujus benignae concessioni, grate recolendae, chartam hanc Sigillo munitam debeo,) tradit vicum Balmertshoffen, zu rechter Urter, i. e. plane ac plene, auf offener freyer Strassen des Reichs, mit allen darzudienenden Worten und Werckhen als recht ist. h. e. secundum Iuris communis patrii normam, in via regia, verbis solennibus ac consuetis. Habebat haec traditio publica eum effectum, ut anni & diei possessione quis securus esset, uti id in charta traditio-

nis solennis, Comitatus ulterioris Leiningensis, der hinteren Graffschafft, Philippo Electori Palatino CI^o CCCCLXXXI. à Westerburgio Leiningensi Comite facta, disertis verbis habetur. Et hinc in dicta charta sequitur, civitatem velle, recht geweren sein, - und sy des alles vertreten, versprechen, verstan auch an allen Enden und Stetten und vor allen Leuten Richtern und Gerichten, Geistlichen und Weltlichen, - nach eigens und Landesrecht, und nach dem Rechten, gänzlich on allen ihren Costen und Schaden. Haec enim verba, nach eigens und Landesrecht; und nach dem Rechten gänzlich on allen iren Kosten, Evictionem, aut potius liberationem à lite mere Germanicam signant. In fine etiam Romanorum mentio, Exceptionis des geschriben Rechten, laesionis ultra dimidium, des gemainen geschriben Rechten, generalem renunciationem non valere, nisi specialis praecesserit, quod ultimum Iuris patrii est. Iterum deinde recurrit, eigen und Landesrecht, und nach dem rechten. Vna ergo tantum particula hinc Romani Iuris, alluta Iuribus Germanicis, ne noceret. Reliqua cuncta Germanica, nach eigen und Landesrecht, und nach dem rechten Datur inde facultas, Jus suum propriis viribus persequendi, quod iterum moris Germanici meri est. Imo si cuncta Germaniae nostrae Acta, & Leges Provinciales, aut Civitatum, hoc aevo evolvas, nihil sane Romani, & alias, nisi id, quod patrio Iuri, expressis verbis allutum, illic invenies. Qui vero hoc fieri poterat, si Maximilianus I. abolitis omnibus patriae Iuribus, quod sibi olim sinxerunt, (§. XLIX.) Lege Publica, Romanas Consuetudines legales re-

cepisset? Et possent millia horum exemplorum adduci.

§. 61.

Ea ergo, quibus utimur *Iura, Germanica* sunt, Récessibus Imperii, Legibus Publicis, (§. XLIV.) Consuetudine & Observantia, aut Provinciarum Germaniæ Placitis, constantia. Nec nos unquam cives Romani facti, sed Germani adhuc dum censemur. Germanica ergo mansere nostra, assutis Romanis, immixtis etiam Canonis, sine Lege, solo more, usu. Et ne quidem Ius Romanum recepimus, sed quatenus GLOSSA prædicitur. Secuti sumus illum & Doctores, BARTOLUM aliosve, & inde Ius aliquod arbitrarium confecimus, pro arbitrio iterum derelictum, cum nec GLOSSA, nec BARTOLUS, amplius in foris nominentur. Sumus ergo semper usi, non Romano, sed arbitrario nostro Iure, ab omni aevo. Quin-

imo *formularium* seges à Friderici III. tempore indeusque conscripta, qua tota moris procedendi forma recta, & omnia Contractuum ac negotiorum genera exhausta, Romana non erat, sed Germanica, paucis Romanis attextis. (a) Nec Seculi XVI. Opera, *Iuris nova Specula*, tot vicibus typis repetita, Romana sistant, sed Germanica, Romanis eo adaptatis. (b) Et tenuem satis, Seculo XVI. Iuris Romani usum, in multis *Iohannes Thomas FREY* asserit, (c) Germanicis ZASII Consiliis, ejus rei testibus adjectis. Nec aliter hodie vivitur. Ita mos procedendi noster in Summis Imperii Tribunalibus, Consilio ac Dicasterio, ut plurimum Germanicus. Et hodie *patra de vi propria*, (§. 60.) illic attenduntur, ad effectum Mandati sine Clausula, jubentibus id plane Legibus. Noto illud notius. Reliqua itidem cuncta, illic fere Germanica sunt. (Append. V.) Ita porro ordo causarum, reliquorum judi-

§. 61. (a) Horum formularium recensum dedit PUTTERUS *Anleitung zur Juristischen Praxi* p. 14. sqq. sed multo amplior hic campus est, & plurimorum foliorum opus, sed aliqua supplebimus. Primus horum librorum videtur: *Formulari darinn begriffen sind allerhand Brieff auch Rhetoric mit Fragen und Antwort zu geben Titel allerhand Ständt. Sendbrieff. Synonima und Colores. Das alles zum Brieff machen dyenent ist. Augspurg 1483. fol.* AUTOR non nominatus, sed multa insunt maximi momenti. Secundus iterum ANONYMUS titulo: *Rhetorica und Formular 1488. fol.* sine loci nota. Tertius Friderich RJEDEKER *Spiegel der waren Rhetoric 1493. fol.* maj. qui liber quod sciam ultimum prodit auctior longe, Argentinae 1517. fol. Quartus: *Henrich GESSLER Neue Practicirte Rhetoric und Brieff-Formularij des Adels Stetten und Landen des Hochteutschen Keyserlichen Reichs, vormalis durch die synreichen Kunst-Buchdruckern in gemein mit usgegossen. Straßburg 1493.* Hujus libri Editio repetita 1502. fol. Ibidem Sed falsus fuit bonus Geslerus, quique idem dixerat Riedererus, dum se primos ejus instituti autores credi voluerunt, quod res ipsa docet. Recentiores non cumulo. & servat dictos omnes mea Bibliotheca, quibus nemo, Historiæ illius temporis, & Iuris patrii studiosus, facile caruerit. Id tantum adjiciam, omnium antiquorum optimum esse & lectu dignum succedentium temporum auctorem, *Iohannem Thomam FREY*, in libro *Neue Practica Iuris und Formular oder Concepten allerley, in zwen Theil abgetheilet. Basel 1574. fol.* ubi Parte II, *Vlrici ZASII* Consilia Germanica etiam exhibet, & Iuris patrii ubique maxime studiosum se præbet, Iuris-Consultos autem Romanizantes false ridet.

(b) Enotavit titulos B. Koppius *Hist. Iur.* p. 243. cui ego reliqua addidi *Præf. Corporis Legum* §. 49. sqq.

(c) Cit. Opere *Præf.* verbis: *Daß mancher viel Zeit verzerre in denenjenigen Rechten zu studiren, welches in täglicher Gerichtlichen Übung offte ganz und gar nicht gebraucht wer-*

ciorum, haud Romanus sed Germanicus. Non apud nos Romana securis, non Praefecti Praetorio, non Praetoris Majestas fulgent. (cc) Nec Iura personarum Germaniae, nec Contractuum, atque traditionum mortis causa pactitiarum, aut Successionis ab intestato placita, unquam abolita; non desuit penitus, Germanica vetus, criminum vindicta, aut aliorum eo accedentium. (d) Distinctius hujus rei probatio, ab *Ernesto Ioachimo DE WESTPHALEN* & suscepra & peracta, in elegantissimis suis, ad Scriptores Cimbricos, praefaminibus, quem feliciter secutus *DREYERUS*. Mores ut alias, ita & apud nos recentiore usu vitium fecerunt, & subintravit Ius Romanum, quod *absque calumnia*, probationis in continenti causa, etiam in rebus plane Germanicis, à Iure Romano non dissonis, multo magis autem in mixtis, aut ubi Romanis plane locum dedimus, in iis etiam, ubi mores non satis certi sunt, allegare licet. (§. XXIII.) Licet vero etiam provocare ad Doctores. Et pluris saepe iudicii est *GAILIUS*, aut

MEVIUS, quam totum Iuris Corpus. Is vero, quam rite omnia adducta, auditis partibus determinat. (e) Inde etiam eareus *pro Ius Romanum allegante praesumptio*. (f) In multis etiam, quod mirere, quae Germaniae antehac nunquam fuit, hodie est *Legum Electio*. (§. XLI.) Licet certe, in acquirendo rerum Dominio, Contractibus, Testamentis, aut judiciali more Germanico, aut extrajudiciali Romano uti. Saepe Iura pugnancia pro praesidio causae eligunt Advocati, sicque veteres jam queraelae, hodie reviviscunt, illis in locis consuetudae, ubi Legum Electio fuit. (g) Sed boni Iudicis officio, tandem cuncta in ordinem cogenda, & quale Ius obtineat, decidendum in singulis casibus. Planum id facile, & quomodo procedendum, ex omnis aevi more, a nobis jam dicta tantum suppletibus, affatim demonstratum. Graviorae curae, ut pluribus, & majore studio cultius id ageremus, non permiserunt. Facilis, in tantis meis negotiis, huic rei, ab aequo lectore, venia.

de, und oft in im selbs widerwartige Geses inhält, so zum theil auch durch Heßliche Recht und Härtsenstänng, und vornemlich durth jedes Lands Brauth und Gewonheit umgeseert und enkräftigt wird: Multus in hoc est, toto praefamine: Et plures alii hujus rei testes Saeculo XVI. produci possent, unde conficiatur, nec eo tempore Romanorum usum ita expeditum fuisse, uti id quidem eos credere necessum est, qui ob Historia Civili lae lituraria sunt nudi.

(cc) Conqueritur hac de re, acerbe satis, quoad seram Brunsvicensis *BRISMANNUS* Epit. post Tr. de Studio Iuris, his verbis: *Superius iudicium, - ad certum quidem ordinem iudicarium & processum adstrictum est, sed tamen, qui Iuri communi, quod in Scholis addiscitur, parum conformis est, nec poterit alicui hic processus, etiamsi aliquot anni, in eo addiscendo consumantur, multum prodesse, si quis ad aliam Respublicam, quam hanc nostram, animum aliquando applicaturus sit, cum nec totus Iuris communis, nec barbari illius Saxonici totus sit, cujus tamen hic multae reliquiae sunt, ita mixtum quoddam hic genus est, quod magis in errorem seducit, quam ut instruat animos tyronum, praxin addiscentium.*


(d) Per omnes species id de Cimbricia sua probavit *DREYER* cit. Tr. de Usu Iur. Anglo-Sax. in Cimbrico p. 93. sqq.

(e) Adde dicta *Diff. de probat. §. XXXIX, XL. per. tot.*

(f) *SENCKENB T. IV. Med. 11. per tot.*

(g) *HINCMARUS cap. XV. de potestate regia Tomo II. Oper. p. 224.*





ADIUNCTA DIPLOMATICA.

Num. I.

Programma VBERTI de Lampamiano, qui primus Iuris Publici capita aliqua in Germania praelegit, de Lectionibus suis, & quibusdam capitibus Iuris Publici. Pragae MCCCLXXX.

In nomine Christi, Amen. Ad laudem & augmentum status & honoris, Serenissimi & Inclytissimi Principum, Principis Domini, Domini *Wenceslai* Dei gratia Romanorum & Bohemiae regis & ad fundamentum magni Imperii, Dominus *Vbertus de Lampamiano*, utriusque Iuris Doctor, Seruitor praefati Domini Principis & Familiaris, ac Ambasiator Illustris Principis, Domini Comitis Virtutum, generalis Vicarii Imperialis in partibus Lombardiae, feria quarta, proxime futura, quindecima hora, in Scholis Iuristarum repetet cum oppositis & quaesitis. *C. unicum, de rerum permut. L. VI.* In quo capite tractabit ad plenum, permutationis materiam, dabit in scriptis plene: ita quod in ea nullus poterit errare. Ad utilitatem *Pragae* Studentium disputabit ex terminis, qui sequuntur infra scriptis quaestiones, die Sabbathi de Septimana sequenti, hora & scolis praedictis. Prima, *utrum, quando electio sollemnis est facta in Alemania de Domino Imperatore, statim consequitur nomen Imperii & Imperatoris omnium respectu: an vero demum post coronationem factam de ipso.* Secunda. *Utrum omnes Principes, Reges & populi quicumque Christum colentes, sint de Imperio Romano: an vere dicamus, quid ab ipso sit exempti ab Imperio Romano, privilegio, praescriptione, vel quocumque alio modo.* Et in hiis duabus auditis, quibuscumque arguentibus ad utramque partem, & responsionibus hinc inde factis; determinabit in prima: *ante coronationem, facta electione, praedictum Dominum Imperatorem consequi nomen Imperatoris & Imperii, respectu nominationis & universalis administrationis Imperii, sive totius reipublicae.* In Secunda determinabit, *quoscumque colentes Christum, fore de Imperio Romano, & aliter dicentes, enormiter errare:* & has determinaciones dabit in scriptis pro fundamento Imperii. Verum quia omnibus praedicti termini sunt noti; disputabit tertiam quaestionem, habentem terminos communes Canonistarum, quae erit: *An*

testamentum manifesti usurarii, conditum sine cautione praestita de restituendis usuris, sed post interdictum praestita sit validum. Quaestionibus disputatis, respondebit de quolibet in utroque Iure, per viam rationis. Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo.

Num. II. Ex authentico.

U r t h e l

des Kayserl. Hofgerichts in Sachen Heinrichs und Johann Meinhardts Grafen zu Gortz und Johann Burggrafen zu Maidburg oder Maydeburg, die Herrschaft Kirchberg betreffend de Anno 1415.

- CAP. III.** Advocatia Ecclesiae Romanae, Patriciatus Romanus, & Ius in bona Pontifici ab Imperatoribus permessa vel donata, pactis conforme.
- CAP. IV.** Haec omnia competunt Imperatori ex Electione Germanica, sine confirmatione.
- CAP. V.** Imperatoris Status Clericalis Subdiaconatus.
- CAP. VI.** Romanum Imperium Sacrum, Sacra insignia, Sacra potestas ac Sancta.
- CAP. VII.** Ius tuendi Iurisdictione sua libertatem Ecclesiarum Germanicarum iuxta morem & constitutiones Imperii. Privilegiorum Concessio.
- CAP. VIII.** Ius habendi Legatum & Auditorem Romae, cum omnibus praerogativis.

- CAP. IX. Ius primae, in Ecclesia Romana, sedis. Titulus primogeniti & Christianissimi.
- CAP. X. Ius dandi exclusivam eligendis ad Pontificatum.
- CAP. XI. Ius Concilia generalia, Concilia Germaniae, & Colloquia de Religione indicendi.
- CAP. XII. Ius disponendi in causis Religionis cum Natione sua, usque ad futurum Concilium.
- CAP. XIII. Ius dirigendi Electiones Episcoporum ac Abbatum, nec non eorum Capitulationes.
- CAP. XIV. Ius primarum precum & panum secularium.
- CAP. XV. Ius collectandi Ecclesiasticos, qui non sunt Status.
- CAP. XVI. Ius Advocatae Generalis Ecclesiarum & Abbatiarum Germaniae imprimis Regalium.
- CAP. XVII. Ius legitime erigendi dignitates novas Ecclesiasticas.
- CAP. XVIII. Ius habendi officiales ex Ecclesiasticis.
- CAP. XIX. Ius se voluntarie cuilibet Dioecesi ratione Sacrorum, imprimis etiam sepulturae subjiciendi, & habendae Capellae Regiae cum annexis privilegiis.
- CAP. XX. Ius in studia & libros.
- CAP. XXI. Ius suo modo uniendi & extinguendi beneficia, atque in eo concurrenti.
- CAP. XXII. Iura Patronatus in beneficiis & altaribus Regiis.
- CAP. XXIII. Ius investiendi Ecclesiasticos.
- CAP. XXIV. Ius Praecedentiae Ecclesiarum dirimendae.
- CAP. XXV. Ius reformandi Regulam Monasticam, & substituendi certo modo alios religiosos.
- CAP. XXVI. Ius in Capitulationes Episcoporum ac Abbatum.
- CAP. XXVII. Ius confirmandi Episcopos Evangelicos.
- CAP. XXVIII. Ius cognoscendi, si velit, circa Matrimonialia Catholicorum.
- CAP. XXIX. Ius ducendi Exercitum Christianum.
- CAP. XXX. Ius disponendi de infidelibus & haereticis, eorumque bonis.
- CAP. XXXI. Ius exigendi praesentiam Legati Pontificii, tam in Comitibus quam Aula.

LIBER IV.

De Iuribus Territoriorum Germaniae.

- CAP. I. Territoria Germaniae varia peculiaria Pacta ac Iura in vim Privilegiorum habent. Observantia etiam non ubique aequalis.
- CAP. II. Iura Bavariae & Austriae plenissima in Ecclesiasticis. Iura Salsburgensia.

- CAP. III. Iura totius Sueviae in Ecclesiasticis non satis pingua.
- CAP. IV. Iura Franciae Rhenanae, & Franconica, inprimis Archi Ecclesiae Moguntinae & Ecclesiae Herbipolensis sublimia.
- CAP. V. Iura Westphaliae & Saxoniae inferioris. Primatus Magdeburgicus & Bremensis.
- CAP. VI. Iura Germaniae inferioris sublimia specialia, inprimis Belgica & Leodiensia.
- CAP. VII. Iura terrarum Italicarum quatenus Germaniae patent.
- CAP. VIII. Iura terrarum nexu Germaniae solutarum, sed olim ad Imperium spectantium.
- CAP. IX. Appellationes Provinciarum, Principum ac privatorum ad futurum Concilium, aut imploratio S. C. M. pro iis conservandis, si quid in his Iuribus migratum.

LIBER V.

De Iuribus Pontifici reservatis, & obligatione eius.

- CAP. I. Summa Iurium Pontificis, quae maxima sunt. Habitus & cultus Imperialis. Territorium.
- CAP. II. Dirigit totam Germanicam Ecclesiam in rebus fidei jam decisis, & Iuribus eius conformes Constitutiones condit.
- CAP. III. Iudicat de causis quibusdam ipsi reservatis per Tribunalia sua. Iudicat etiam per Commissarios suos in partibus Germaniae. Primam instantiam non turbet. Ad eum appellatur etiam extra Germaniam, si partes velint, alias in Germania cognitores dandi.
- CAP. IV. Summa eius dignitas in Conciliis Germaniae & extra ea, ipsique Imperator filii est loco, ac Iura Sanctae Sedis conservare, vi Iuramenti sui tenetur.
- CAP. V. Confirmat Episcopos & disponit de omnibus casibus beneficiorum, pacto expresso sibi reservatis.
- CAP. VI. Percipit Iura Datariae & Taxas, Annatarum loco, consensu Ecclesiae, vel Observantia, sed moderate & more Patris.
- CAP. VII. Ab eo pendent ii, qui legitime exempti sunt, absque medio.
- CAP. VIII. Potest Leges in Sacris & Privilegia concedere, conditioni Germaniae conformia.
- CAP. IX. Non licet ei de Imperatore ipso iudicare, eius acta irrita reddere, aut Reges vel Principes deponere; bene tamen, omni moderamine adhibito, eos olim poterat a Communione Ecclesiae segregare.
- CAP. X. Tenentur Gravaminibus a Caesarea Majestate & tota Gente Germanica propositis medelam afferre.

- CAP. XI. Nulla ejus in Secularia potestas, exceptis terris ad ipsum in Italia pertinentibus, nec Germania ultra montes novit terras Ecclesiae.
- CAP. XII. De juribus controversis adversus Ecclesiam Romanam, Germaniae uti licet exceptione status rei mutati, praescriptionis, omissionis ex facultate libera, & observantiae contrariae. Compositioni hic locus.
- CAP. XIII. Legati à latere & Nuncii, quam primum Germaniae fines ingressi, iuribus Nationis aurem praebere debent, alias migratio ipsis indicitur.
- CAP. XIV. Quoad gratias Ecclesiae dispensandas & Iubilea indicenda liberri-
ma Pontificis est potestas, ita tamen, ut Caesaris & Nationis accedat placitum.
- CAP. XV. Casus Pontifici reservati in causis Peccatorum. Potestas Pontificia ex commissione aliis data.
- CAP. XVI. Plenitudo gratiae Ecclesiae Romanae, & Peroratio. Omnia subjiciuntur iudicio Ecclesiae.

LIBER VI.

De Iure & Interesse dissidentium a fide Catholica circa conservationem Iurium Ecclesiae Germanicae.

- CAP. I. Interest dissidentium, ut Salva sit Ecclesiae Germanicae libertas, cum ob pacta de Religione inita, tum etiam ad Iura Imperii conservanda.
- CAP. II. Leges de Libertate Ecclesiae Germanicae ab iis simul conditae.
- CAP. III. Iudiciorum Imperii in his rebus auctoritatem conservare, eorum simul opus est.
- CAP. IV. In Iuribus Nobilitatis tuendis, eorum interventionem summus Pontifex ipse admisit, ob interesse commune, ut & gentium & familiarum.
- CAP. V. Eis simul incumbit, cujusque Statuum Ius conservare, & implorantur ideo in Comitibus.
- CAP. VI. In primis eos concernit conservatio Iuris placiti in dispositionibus Papae.
- CAP. VII. Adhaec totum Ius Principum Protestantium circa Sacra, ex antiqua Ecclesiae libertate deducendum.
- CAP. VIII. Et in omnibus, totius Imperii, ut compagis, est interesse commune, id quod ipsi Catholici ab omni aevo agnoverunt.

CODEx PROBATIONUM.

Seriem capitum secuturus, & ut plurimum Anecdota, cum nonnullis editis rarissimis exhibiturus.

Ea vero, quae in libris ubilibet obviis habentur, allegare tantum licebit, ne liber fiat nimis grandis.

INDEX.

Summa conficietur cura, ut Lexici & Glossarii locum simul tenere queat.

SCHEMA PRAEFATIONIS.

PARS I.

1. *Occasio Operis, & necessitas ob neglectum.*
2. *Errores scriptorum Catholicorum ex adulatione aut ignorantia. Errores & excessus dissidentium a fide Catholica.*
3. *Nihil contra fidem agit Catholicus, qui Iura sua conservat. Ipsi Pontifices gravamina sustulerunt, sed Germanorum propria culpa non semper iis mederi potuere.*
4. *Nec etiam is puniendus est, qui statuta Ecclesiae Iura, aut nondum a gente definita, adversus potestatem secularem, argumentis, civili more tuerur.*
5. *Ambitus disciplinae Maiestatis & libertatis.*
6. *Praesidia illius in discendo & rebus gerendis.*
7. *Conducunt cognitio exterorum, & controversiae, Sacrorum causa, in aliis regnis natae. Praecipue vero colenda Francica ut affinia, & quodammodo vim legis, etiam apud nos nata, imprimis Pragmatica.*
8. *Maxima laude digni Imperatores & Reges libertatis conservandae studiosi, etiam si errore humano forte excefferint.*
9. *Carolus M. & Ludovicus IX. Galliae Rex, illius studiosissimi, plane Sanctorum numero illati. Coelum ergo merentur libertatis amantes. Ipse Fridericus I. & II. post fata Pontificibus laudati.*
10. *Operis huius divisio & ratio. Querela de defectu subsidiorum, quae quo in loco sunt, indicatur.*

PARS II.

Bibliotheca Scriptorum Majestatis & libertatis. (decurt adhaec.)

PRAEFATIO.

Ejusque PARS I.

§. I.

Occasio hujus Operis, quod MAIESTATEM ET LIBERTATEM IMPERII GERMANICI, intuitu Sacrorum listet, nemini fere primo obtutu, ignota esse poterit. Insignes sunt Ecclesiae Germanicae libertates, eminentia ejus in Sacris Iura; partim priorum temporum ignorantia, partim ex defectu in ipsa Reipublicae forma, non satis illustrata, aut ad animum revocata. Rectius longè Franci Occidentales sive Galli, alteram Regni Francici partem possidentes, qui *Libertates Ecclesiae suae*, ad exemplum Germanicae, omnium liberrimae, pedetentim aut conservatas, aut voluntate Regis ac Nationis restrictas, publica auctoritate ter typis mandarunt. Intereſt Germanorum, ut, quae huc pertinent, sciant. Neque

vero melius rem exponere licebit, quam verbis Viri libertatis amantis & eruditissimi *Francisci PINSSONII* Parisiensis Advocati, (1) quae ideo mea in margine facio. Quo loco etiam omittendum non est, haud secus insigne Opus sub rubro: *Commentaire sur le Traité des Libertez de l'Eglise Gallicane* par Maitre Pierre PITHOU ensemble trois autres Traitez à Paris 1652. 4. avec privilege du Roi. Si quis autem cuncta huc spectantia nosse velit, ei Pater *LE LONG* adeundus est. (2) Sed Germani contra, quae nostrae Gentis sociordia, cum in Libertate Ecclesiastica essent omnium primi, (3) usque huc de suis libertatibus, in unum fascem colligendis, typove dandis, ne quidem cogitarunt. De Catholicis loquor, quorum causam ago, quorumque Systema comparuit nullum, ne quidem Iurium Imperia-

(1) Libri cui titulus: *Sancti Ludovici Francorum Regis Christianissimi Pragmatica Sanctio, & in eam Historica praefatio & Commentarius* Paris. 1663. 4. p. 218. his verbis: page 65. art. 213. 214. & 215. joint la page 63. art. 202. *diverses impressions des Traitez des libertez de l'Eglise Gallicane & des preuves: La premiere du Regne du Roi Henry IV. en l'année 1609. de l'autorité de la Cour: La seconde en l'année 1639. en deux Volumes, l'un du Corps des Traitez, le second des preuves, de la meme autorité de la Cour, contre laquelle Edition quelques Prelats assemblez a Sainte Genevieve sans l'autorité & permission du Roy, ayant osé reclamer, par un escrit & libelle daté du 9. Fevrier 1639. il y eut une troisieme Edition du seul Volume des preuves augmenté & divisé en 2. Volumes, en l'an 1651. imprimez non seulement de l'autorité de la Cour, mais mesme par privilege du Roi, du 11. Sept. 1651. verifié par arrez du 12. Septembre pour montrer sur quels fondemens, & sur quelle autorité sont appuyés les libertez de l'Eglise Gallicane, & les preuves d'icelles, afin que personne n'ose en douter.* Est is idem ille *PINSSONIUS*, qui ad Pragmaticam regni Galliae, & alios insignes Tractatus scripsit, cuique etiam *BENGEUS* de beneficiis, Paris 1664. fol. cui egregia quacque junxit, debetur.

(2) *Bibliothèque Historique de la France* L. II, c. 7. p. 117. fqq. qui plenissima manu cuncta huc spectantia scripta exhibet. Vbi tamen desunt multa postea emissa, quae supplere tentavit *ESTOR Ammerck. über das Staats- und Kirchen-Recht.* XVIII. Hauptst. p. 389. fqq.

(3) Certum enim est, & infra demonstrabitur, in controversiis de investitura, de Iure spoliis & omnibus aliis, reliquas gentes tantum ad Germaniam respexisse, & omne illud esse secutas, quod à Germania fieri videbant, utpote quae ipsi semper, in libertatibus, antesignani quasi loco fuit,

lium. Iura libertatis nostrae & Autoritatis in Sacris, potius iis, quos Protestantes vocamus, extricanda reliquimus. (4) Unde fere accidit, ut *Regni Obedientiae*, nobis immeritis, Romae titulus accresceret, cum Gallia illic *Regnum Libertatis* diceretur. Ingenti id sane Ecclesiae Catholicae damno, cum dissidentes summa inini miscerent, & ex principiis Religionis suae, Iura Pontificis Maximi, Ecclesiae Observantiae conformia, etiam arroderent. Necessitas ergo postulavit, ut Catholicorum aliquis veram hujus rationem Iuris doceret, quo obviam iretur late nimis vagantibus, & Ius aequumve ubilibet administraretur. Nil libertate magis amantur Germani. Libertate ergo se privari non ferunt. Inde Protestantes, odii concitandi Pontifici apud suos cupidi, vocem *Regni Obedientiae* in usum suum verterunt, satis improvide à non nullis prolatam. (5) Nos libertatem deberi modeste demonstrabimus. Licet vero hoc non unius hominis sit opus, humeros tamen supposuimus tanto labori, & ea quidem modestia, ut non sit, de quo, aut summus Pontifex, aut Ecclesia Germanica conqueratur, ea vero cura, ut omnia sint bis terve relecta. Fuit Apparatus non nihil, cognitionis Rerum Iuridicarum & Historicarum aliquid,

bonae mentis, & animi vere Germanici plurimum. De viribus, lectoris erit arbitrium; de mente, Dei, Ecclesiae, Imperatoris ac Imperii.

§. 2.

Varie in hac materia hactenus erratum, à Catholicis quidem & rerum inscitia, & adulatione, vel praejudiciis intervenientibus. Erant, qui summo Pontifici tribuerent omnia, quique patriam suam servam vellent. Dabantur inter eos aliqui, non ita partium studio abrepti, quorum in numero excellit *Bernardus Zegerus VAN ESPEN* in Operibus 1750. IV. Tomis recensis, Belgio tamen suo potius, quam reliquae Germaniae studens. Non nulli plane ad Protestantium sectam declinantes, nescio quid mussitabant, in silentio tamen, & spe potius, Praesidium mentis suae, quam in dicendo collocantes. (6) Protestantes contra, Reformatorem sacris addicti, *GOLDASTUS*, *DALLAEUS*, *CASAUBONUS*, *REUTERUS* &c. totum statum Ecclesiasticum turbare aggressi, nihil minus quam ruinam Ordini Ecclesiastico minitabantur. Lutherani paulo moderatiores, idem tamen agebant, summi Pontificis in sacra potestatem nulli dubio expositam horrentes, omnem autem

MARCA de Concordia Sacerd. & Imperii L. VIII. c. 24. §. 1. & passim. Imo Imperator semper Regum quasi autesignanus.

(4) Ubilibet certe non nisi Protestantes fere in acie constiterunt, *SCHARDIUS* in Iurisdictione Imperii, *GOLDASTUS* in Politicis latinis ac Germanicis, ut & Monarchia. *FREHERUS* & *LOEFFENIUS* uterque Reformatorem sacris addictus, vsrii Opusculis. Inde *SCHILTERUS* Opere de libertate Ecclesiae Germanicae. Ad ultimum, *THOMASII* in Historia contentionis, nec non aliis scriptis, *DITMARUS* vita Gregorii VII. *Simon Henricus MUSAEUS* de Advocatia Romana, *IAEGERUS*, & alii, controversias cum Iosepho I. tractantes; *BOEHMERUS*, *GRIEBNERUS*, *ESTOR*, & si qui alii.

(5) *LIMNAEUS* Notit. regni Franciae L. III. C. I. lit. e. p. 7. ubi *MARCELLUM* adducit.

(6) Stolidae ac stupidae illae doctrinae, quas *CHOKIER* in variis scriptis, & *NICOLARTS* in Praxi beneficiaria proposuerunt, quaeque nonnullis in curia gratiae acciderunt, plus sacrae fedi nocuerunt, quam mordacia *Christiani THOMASII* Lutherani Professoris Opera, cum Pontifici in omnia, quin etiam ipsa Concordata, Ius tribuere sustinerent.

Hierarchiam Ecclesiasticam, à potestate seculari distinctam, turbantes, nec Imperatoriis ipsis Iuribus, quae semper agnovit agnoscitque etiamnum Ecclesia Catholica, se satis aequos praebentes. Hi Ius aliquod Principum Protestantium *Papale*, (7) exemplo *Samuelis* STRYCKII, abolitionem omnis potestatis Ecclesiasticae, beneficiorum Ecclesiasticorum majorum ac minorum ad seculum translationem, destructionem Status Monastici, & si quid pejus cogitari potest, animo agunt, omnesque ingenii nervos, quo id licitum evincant, more *Christiani* THOMASII & aliorum (8) intendunt. Nunquam omnium harum Sectarum placuit via, cum ita procedendum existimemus, ut medium intra parum & nimium teneamus, & integra Pontificis in sacris, sed limitata & concurrente Majestate, Ecclesiae Germanicae, ejusque Capiti & Proceribus stata sua sint, in Sacra, Iura, Salva etiam toti Ecclesiae Germanicae, quae debetur, libertas.

§. 3.

Videlicet Ecclesia Romana, mater Christianorum, & orbis imprimis Germanici benignissima, data sua in sacra autoritate semper benigne tulit, si quis Iura sua, ea qua par est modestia, conservare nitetur. Non opus ergo, nec conducit etiam, ut convellantur omnia, ut nexus, & Ecclesiae & Imperio utilis ac necessarius dissolvatur. Oportet ordinem aliquem esse inter Christianos, oportet esse caput, quod

eum regat. Non alius huic regimini magis aptus, quam Christi Vicarius, B. Petrum continua Successione referens. Is ab omni aevo, ea fuit aequitate, ut oves suas balantes exaudiret, ut gravaminibus mederetur. Non renixum certe novimus Hadrianam P. M. cum Carolus M. non omnia ejus postulata admitteret; transactionem de investituris confluxit Calixtus II. In quam pluribus Friderico I. cessit Alexander III. Nec in cunctis obstrepere Pontifices experti Philippus, & Fridericus II. donec ultimus plane, ab ipsa fide, declinasse crederetur. Summa quaeque consecuti Rudolphus I. & Henricus VII. Usurus erat aequo Pontifice Ludovicus IV. si sua tantum vindicatum ivisset, & ni mala illorum temporum intervenissent. Certe, quod ille tantopere cupiebat, obtinuit, Carolus IV. ut Italiae dominaretur, & regia potestas penderet à sola Principum Electorum autoritate. Nec Wenceslaus, Sigismundus, Albertus II, aut reliqui libertatis Germanicae assertores, ne ipse quidem Maximilianus I, aut Carolus V. Majestatis suae & libertatis Nationis Statores summi, iniquum experti sunt haecenus Pontificem. Semper gravaminum, imprimis per Hadrianum VI. oblata medalla. Et si promissa, in plurimis, irrita mansere, res in modo haesit, aut turbae intervenire, ut de cardine quaestionis cogitari haud posset. Haec omnia eo, ut evincamus, nihil haecenus sanctae Sedi aut etiam Nationi, quae Iura sua nunquam deseruit, imputari posse, si per injuriam

(7) Ridiculum est, Principibus illud ipsum tribui a suis, cujus Exercitium in Pontifice damnant. Sed hi Doctores sunt mores. Quicquid demum competit, est ex antiqua Ecclesiae Germanicae libertate, antequam illa pactis cum Pontifice resingeretur.

(8) Is sane in notis ad Lancellottum, cuncta congestit spurca imo falsa, quibus Pontifici summo noceri posse credebat. Ipse ab Historia & Antiquitatibus Ecclesiae ac libris non satis instructus, adeoque ne suis quidem semper probatus, Exesse convenit spurca ac puerilia, etiam si dissentias.

seculorum usque huc fieri non potuit id, quod alias lubens admississet summus orbis Pontifex. Cives nostri, gens bello adsueta, rerum novandarum cupida, in se ipsa discors, habet quod sibi in cessando imputet, nunquam refragantem Ecclesiam Romanam experta, cui potius media praestandi ipsa subtraxit. Et Iure affirmari poterit, ne exemplum quidem esse in omni rerum memoria, ubi Pontifex processerit adversus eos, qui Iuribus suis intenti, ultra limites vagari animum non induxerunt suum. (9)

§. 4.

Vti vero B. Petri Successor, ea semper usus aequitate paterna, ut de Iure disputantes ferret, ita haud secus aequum erat, ampliatione Pontificiae potestatis studiosos, de Iure adversae partis differentes tolerare. Fecit id Imperator, nulli veterum, aut recentiorum, postponendus FRIDERICUS I. neminem laedens, nisi obsequium Imperio debitum simul exueret. *Eberhardum* is Salisburgensem, & multos alios, ab ipso in opinionibus de Iure Ecclesiae

ac Imperii dissonos, aequo tulit animo. Suavitatis iis aliam mentem, morigeros autem de caetero, nulla unquam affecit clade, motu proprio, impedimento cessante. Idem ipsi in Genuensibus, in Venetis, in aliis uluvenit. (10) Nec Wenceslaus, aut Sigismundus, eos, qui diversa ab ipsis, quoad Iura Pontificia, sentiebant, alio modo, quam Edictis coercuerunt. Maximilianus I. eos ultus non est, qui nepotem ejus Carolum, ideo Regem Romanum creari haud posse, credebant, quia Neapolim, sub lege Coronae Imperialis nunquam ambiendae, teneret. Ipse Carolus V. de terrenis cum Pontifice disceptans, de potestate ejus non idem cum eo sentiens, haud diverso ab avo modo processit. Modo non ea arrodantur, quae nexum imperandi aut parendi tangunt, cuilibet cogitationes suae semper fuere liberae. Quin CHOKIERIUS ipse plane Germanus, Appellationem ab Officialibus, in rebus ad seculum spectantibus, Romam fieri posse, sine suffragio licet, defendere tamen in Germania ausus est. (11) Et id ipsum eosque toleratum, donec Lege Pu-

(9) Nolim quidem hic defendere omnia, quae unquam acciderunt. Multis sane *quaestio de fide mota*, qui pro Iuribus seculi laborabant. Pluries quaestiones de Majestatis concursu & libertate in sacris, iniquo modo exceptae ac coercitae. *Fridericus & Sigismundus* Austriae, forte etiam *Ludovicus I. V.* acerbas eas, quas pertulerant censuras, plarie non merebantur. Sed haec mala erant temporum. Imo Ludovicus GEWOLDO ac HERWARTO egregie defensus, aequis illius temporis Pontificibus.

(10) Falsus illud ipse Eberhardus Salisburgensis in Epistola ap. GRETSERUM in Monument. p. 290. acerrimus Pontificiae Majestatis defensor. Adde *Ius Imperii & poss. in Genua* §. 35. De Veneris illud ex MURATORI Antiquitatibus Vol. IV. novimus, & *Concordia inter Alexandrum ac Fridericum*, Paris 1632. fol. emissa p. 211.

(11) Hominis hujus rerum ignari ac adulatoris scripta pleraque, hodie excelsae debebant publico Edicto e Germania. Semper id egit, ut placerent fabulae iis, quorum causae servire volentibus. Scripsit multa, & usum Practicorum habuit. Huc autem imprimis pertinet liber cui titulus: *Vindiciae Libertatis Ecclesiasticae divisae in duas partes, in quarum prima ostenditur, Appellationes ab Ecclesiasticis iudicibus in causis civilibus inter Laicos motis, in Camera Imperiali non esse inserponendas, nec ab ea recipiendas. Altera scribitur contra impios Ecclesiae Maslyges illius bonae & Iura usurpantes. Leodii 1630. 4.* Habes veto hic novam *Libertatis Ecclesiasticae* sine exemplo Vindicam, in eo Libertatem Ecclesiae Germanicae collocamem, ut causae etiam seculares, ab Officialibus, pro consuetudine iudicatae, Romam deferantur, & extra Germaniam iudicentur. Haec de

blica, cuilibet talia docere interdictum. Inde jam crimen, quia contra Legem, non aliunde. Haec eo ut scias, quo pacto ex utraque parte processum, quamque patientes, & Pontifices fuerint, & Reges, in Iuribus id genus, nondum consensu Nationis definitis, discceptandis.

§. 5.

Ambitus vero Iurium, de quibus hic differendum, largissimus omnino est. Consideranda, & libertas **NATIONIS** & **MAIESTAS** ejus in Iure circa Sacra per Reges, secundum Leges Imperii exercenda. Pontificis quidem summi, ut Patris Universalis in sacris directio, sed directio paterna, in gentem liberam, salvaque Majestate Imperii. Omnes Reges, filii Ecclesiae. Omnes eorum subditi, adeoque tota Natio, & parentium & subditorum in sacris directionem admittentium, suo modo & ordine locum obtinet. Nihil hic servile, liberalia omnia. Libera Legis Christianae electione, libera subjectionis gentis, & ab ipsa definita formula. Hinc Clerus Summo Pontifici subiectus, sed nunquam potestate civili solutus, quae multum etiam Iuris Sacri retinuit. Majestas ergo Pontificis in Sacris Germaniae, Majestas etiam Regis ac Comitiorum, quorum pars, ipsi Clericorum Primores; reliqui, non nisi nudorum, Imperii subditorum, conditione. Nunquam ergo a Pontifice Clericis imperari potest, nisi salvis Imperii Legibus, salva Observantia. Vti

libere ad Christianismum accessimus, uti Reges nihil Iuris Regii in Clerum ab origine abdicarunt, uti cum Christiana religione stetit potestas Regum in suos, ita stat vel hodie. Et magna in his Regum nostrorum fuit circumscriptio, nec aliquid ab initio ipsis insciis gestum. Si novae leges Ecclesiis injungendae, semper aut ab ipsa gente conditae, aut a Pontifice ad Reges pro approbatione directae. Id quo procederet commodius, ipsi Reges & Clericorum & Laicorum habiti loco, quo utraque potestas designaretur. Imo Majestas Pontificia & Regia ita egregie conspirarunt, ut Reges Germaniae, qua primi Ecclesiae Filii, qua Defensores Sanctae Sedis & Advocati, in Electione Pontificum concurrerent; contra Pontificum in Electione Regum & Coronatione etiam aliqua esset cura. Roma & Pontificis & Imperatoris. Nummi illic cusi utrumque praeferunt. Vexillum B. Petri, & unius & alterius. Ecclesiae conditae utriusque autoritate. Confirmavit unus in Ecclesiasticis alterius acta. Nil separati aut privati. Cuncta processerunt egregie, quousque in hac harmonia nihil turbatum. Adjutor summae Potestatis Ecclesiasticae Caesar, imo quodam modo illius ut primus Ecclesiae Filius socius; adjutor contra etiam Regis Pontifex. Et uti secularia Ecclesiasticis cedere par est, uti filium patri deferre res ipsa jubet, ita ab antiquis non insipide dictum, Pontificem, solis, Imperatorem & Regem Germaniae, lunae

libertate conceptio plane singularis & insolens est, delineata tamen ab Homine, Ecclesiae Cathedralis Leodiensis Canonico, & Episcopi in Spiritualibus Vicario Generali. Quin is ea fuit impudentia, ut Ferdinando Bavaro, Domino suo, Coloniae, & liberrima Leodiensi Ecclesiae praesidenti, opus suum dicaret, uti suas *de primis precibus* hallucinationes, Caesari & Electoribus Ecclesiasticis, quorum maxime inererat, eum magis sana conscribibile. Sed & haec temporum mala! Certe hunc ultimum librum Augustissimus **JOSEPHUS** ideo refutari curavit, publica uti referemus auctoritate, Friburgi 1708. 4. Qui liber tamen & ipse, non nisi in aule Caesarea cognitus, & **BRISSOLEGNO** & **GRIEBNERO** atque aliis, melior est.

esse loco. Lucem, à potestate suprema Pontificis, in Sacris cepit Imperator, ipse contra gladio seculari, Pontificis adjutor. Si Numini placuisset, haecce omnia, uti ab initio constituta, conservare, si nihil in iis migratum, haud laboraremus, nec de Iuribus disputandum esset, uti primis temporibus nulla lis fuit, ac omnia amice conspirarunt. (12) Sed hominum more, tam beatis Germanis esse non licuit. Unde disciplina Majestatis ac libertatis nostrae, variis litigiis reddita amplissima.

§. 6.

Praesidia Iurisprudentiae hujus varia. Et qui eam nosse examissim cupit, omnis Historiae Ecclesiasticae, inde à nato Christo peritus, Historiam itidem profanam gentis nostrae, exacte possidere debet. Praecipue etiam consideranda Iuris publici ratio, formula Imperii, Legum Ecclesiasticarum & Conciliorum Provincialium habitus, jungenda reliquis, Notitia totius Status Ecclesiae & Theologiae Scholasticae, cum Historia Seculorum libraria ac litteraria. Veteres pro Germania Canonum Collectiones, Ritualia, Calendaria Ecclesiae Germanicae, privatorum ab initio, & Dioecesium postea pro lubitu opus. Vitae Sanctorum Germaniae, Historiae Ordinum Monasticorum, Iura Capellarum Regiarum, Iura Advocatarum Majestaticarum ac aliarum, & nihil non excolendum. Cum autem contexta Historia, praecipue in antiquioris & medii aevi tenebris, non semper satis plena certave existat; ad Bullas, Diplomata, Documenta tam edita quam inedita recurrendum, qui campus cum sit amplissimus, unius

sane hominis studio haud decurritur. Egregia plurima exhibent CANISII lectiones, Opera GRETSERIANA, Bibliotheca maxima Pontificia, & Collectiones HOLSTENII. Perlustrandam etiam Epistolarum Codices, qui spectatissima quaeque huc spectantia praebent, inprimis S. BONIFACII Epistolae, ALCUINI, CAROLI M. & HADRIANI, HINC MARI Remensis, RABANI Mauri, Codices Epistolarum, TEGNAGELIANUS, PEZIANUS & ECCARDINUS, WIBALDINUS apud *Martenium*, ANSELMUM Lucensis, LANFRANCI, ANSELMUM Cantuariensis, IVONIS *Carnotensis*, IOHANNIS *Sarisberiensis*, S. BERNARDI, PETRI DE VINEIS, Codex ZWETLENSIS, Codices formularum CAROLI IV. apud diversos, Epistolae PETRARCHAE, AENEAE SYLVII, IACOBI *Piccolominæi*, CAMPANI, POGGII, HERMOLAI BARBARI, WIMPHELINGII, REUCHLINI, ERASMI, PIRCKHEIMERI, ut ad recentiores non transeam. Proderit legisse PATRES, exhaustisse eorum placita, sed eos puto patrum Successores, qui in aevo medio floruerunt, quosque partim jam nominavi, & in BIBLIOTHECA PATRUM maxima, ut plurimum deprehenduntur. Nec omittendi libri dissidentium à Fide Catholica. SCHARDIUS de Iurisdictione, GOLDASTI Monarchia, Politica Imperialia utriusque linguae, & *Ortuini* GRATII Viri Catholici, cum multis accessionibus in Anglia curata nova Editio, WOLFFII memorabilia, FLACII Catalogus testium veritatis, veteres Scriptores fere omnes sistentes, qui de Iuribus Regiis egerunt. Ipsum IUS CA-

(12) Is qui haec nosse amplius cupiat, adeat *Natalem* ALEXANDRUM in Historia Ecclesiastica, & MARCAM in libris de Concordia Sacerdotii ac Imperii, quibus plures à Gallorum numero addendi.

NONUM in Corpus redactum, cum REGESTIS Pontificum, praecipuum praestabit usum, nec aliquis tanto labori aptus, nisi Iuris Canonici simul sit peritissimus. IURA quoque GERMANIAE PRIVATA aevi medii, tam Civilia, quam Feudalia, callere debere hunc campum araturum, est in propatulo, quippe quibus observantia non evocandi, vis Legum patriarum, ad versus motus Curiae Romanae, subjectio Clericorum, Nobilitatis Germaniae habitus, & cuncta reliqua sistantur in luce. Nec MOTUS OB RELIGIONEM in Germania orti omittendi, rem de qua agendum illustraturi, caute tamen, una cum HISTORIA HAERESIVM adhibendi. Aliquando etiam in Iuribus Imperatoris & Ritualibus ad GRAECA recurrendum, ubi SCRIPTORUM BYZANTINORUM Collectio, cum CANGII & BANDURII Byzantinis insignem praestant usum, quibus HABERTI liber Pontificalis Graecus cum aliis addendus. Sed dies me potius esset defecturus, quam Syllabus materiarum tam lato & illustri themati adhibendarum.

§. 7.

Praesidiis propriis strictim notatis, ad adminicula etiam accedendum est. Refero huc Notitiam exterorum, in controversiis de Iure Sacrorum & alias, cognitionem Germanicorum juvantium. Semper Ecclesiae Christianae, sub capite suo summo Pontifice unitae, fuit connexio quaedam, fuit unius quasi Corporis sociati compages. (13) Systema Rerumpu-

blicarum Ecclesiasticarum sub uno Capite Pontifice, in Domino congregatarum diceret, Monarchiam quandam Systematicam sistens. Pontifex illic patris & Principis simul loco, Filii Reges, Principes, quisque cum sua gente in Conatiis, quae Concilia & Synodos vocamus comparentes, Episcopis ad latus assistentibus, cum Praesidibus Cleri & Monachorum. Primogeniti horum Filiorum olim Graecus Imperator. Inde, postquam ille quadantenus à fide defecit, postquam etiam Franci in illius locum successerunt, Imperator pro Germania, & ut Advocatus caputve Ecclesiae summum in sacris temporale. Inde Rex Franciae, alterius regni hujus portionis compos. Reliqui Reges, Principes, Nationes caeterae, suo loco, suo ordine, in hac forma Systematica. Praeses, Director & moderator in Conventu solenni Pontifex, Consilio Cardinalium, ex toto orbe Christiano collectorum munitus, nihil tamen contra vota Nationum ausurus, quin olim Praesidum more, ne voto quidem praeditus, sed votorum collector. Domi deinde, quilibet Rex sibi relictus, suis Ecclesiasticis conventibus, suis Iuribus, suae Cleri Nationis directioni, quatenus Leges & mores id ferebant. Coercitus Clerus cujusque Provinciae, & ad officium compositus, per Pontificem & Reges, adjuvantibus praecipue Proceribus Ecclesiasticis. Nihil actum sine Regis praesentia. Hic rei habitus. Et inde vides, quam plana, quam composita omnia, quamque Sacrorum Iura aliorum Regnorum, explicationi nostratium conducant, quamque etiam ea excutere rationis sit.

(13) Egregie de his differuit tum ZOANETTUS & CASTALDUS de Imperatore, tum etiam Vir Professantium scitis non usquequaque deditus LEIBNITIUS, in praefamine Codicis Iuris Gentium Diplomatici, & libro sub CAESARINI FURSTENERII nomine edito. C. XXXII. XXXIII.

Fuit

Fuit tempus, quo Imperator Orbis Dominus creditus, quo Iura in fideles, per totum orbem Christianum, ei tributa; fuit, quo nemo in sacris aliquid auderet, nisi Imperator praeiret, & exemplo, & autoritate, aequis haec omnia Pontificibus Romanis, Advocatae Ecclesiae Romanae, & Imperii Iura id ferre, credentibus. Quin, hi summam dignitatem inde pendere censebant, si primogenitus Ecclesiae Filius, & Christianissimus Germaniae Rex, cunctorum directione gauderet. Multa ergo in aliis Regnis acta, quae Germanus in utilitatem suam heic convertere possit. In primis vero rem juvat gemellus, sed postgenitus tamen Ecclesiae Romanae Filius. *Rex Franciae*, fraterni regni Franciae Occidentalis possessor. Vti utrumque Regnum, Francorum fuit, uti pareis & Orientalibus & Occidentalibus Francis mores, uti eadem Ecclesiasticae olim per Reges latae Leges, uti par fere Pontificis ad utrumque Regnum, ob merita in Ecclesiam Romanam summa respectus, uti in utroque, idem ferme olim, Reipublicae directionis, per omnia habitus, uti etiam Reges Francici, ubilibet secundo loco esse, & Iuribus Germanicae Nationis eo more pares fieri contenderunt, ita tuto à Germania ad Franciam, à Francia ad Germaniam, ni quid migratum esse ostendatur, argumentum ducere, circa Majestatem sacram & libertatem licet. Iure autem affirmabis, praeter ea quae de beneficiis in Concordatis Germaniae sequius habentur, reliqua cuncta, uti fuerunt, salvo Germaniae primo ordine, mansisse usque

huc gemella. Habes ergo illustramentorum ex Francia non fontem aut rivulos, sed flumina, sed maria. Melius Gallia, Germanicae libertatis olim aemula, suis rebus recentiori aevo consuluit. Sed regnante Alberto II. PRAGMATICAE GALLIAE, quam vocamus, conditores simul fuere Germani. Ea apud ipsos, Electorum Decreto, in vim Legis recepta, & ea postea etiam inhaerendum esse, consuit MAXIMILIANUS I. re nec hodie satis expedita. Non nota haec omnibus. Et jam intelligent Germani, quanti sit, omnem rerum memoriam nosse, quamque multa cottidie obvia, iis qui hunc laborem, in quo sudamus, sibi sumserunt, fuerint neglecta. (14) Nihil horum nobis accidet, relinquemus tamen varia etiam posteritati.

§. 8.

Neque vero quisquam credat, ausuros nos de arduo hoc argumento differentes, facto protestationi contrario, aliquid adversus Ecclesiam Catholicam, aut arrosuros esse Iura Summi Pontificis. Veneramur fidem, veneramur Petri Vicarium. Nostra faciemus ea, quae Reges, quae Principes, quae Doctores, in fide Catholica mortui & egerunt & scripserunt, pro praerogativis & juribus Nationis suae. Laudabimus, celebrabimus illustria facta Carolorum, Ottonum, Henricorum, Fridericorum, Rudolphi Habsburgici, Ludovici Bavari, Sigismundi, Alberti, Maximiliani, Caroli V. & recentiorum. Revocabimus in memoriam eorum in Ecclesiam merita, & Maiestatis ac libertatis Nationis suae tutelam. Non detrahemus

(14) Nihil ad nos pertinere hi sane crediderunt, lites Philippi Pulcri & Bonifacii VIII. nihil Pragmaticam Galliae, nihil etiam reliqua, non sermo Germanis omissionis peccato. Conf. GEORGII Gravamina adversus sedem Rom. p. 269. sqq. Nobis ergo conducunt Gallica cuncta, suo modo communia, ita tamen, ut ea, quae post Pragmaticam in Gallia acta, non omnia agnoscamus. Sistit plurima libertatis Gallicae Iura duobus Voluminibus *Charles FEVRET* *Traité de l'Abus & du vrai sujet des Appellations qualifiées du nom d'abus*, ex novissima Editione, à Lyon 1736. fol. cui Editioni omnes Additiones junctae sunt. Accessere etiam *ALTESERRAE* Ecclesiasticae Jurisdictionis Vindiciae, liber Fevreto oppositus, sed reliqua hujus viri scripta hand sequans.

Pontificibus, quibus cum illis res fuit. Facta potius referemus modeste. Excusabimus eorum, ultro citroque factos excessus, in Iurium suorum vindiciis. Non peccat Princeps, qui sibi quid competere putat, a Consiliariis & Doctoribus suis ita doctus, uti id certe Gregorio VII. & Successoribus usque ad Calixtum, S. ANSEIMO Lucensi, B. LANFRANCO, & alijs repugnare non ausis, accidit. Hoc potius illud peccatum aut erratum est. De mente quaeritur semper, nec de hac constat, & pura fuisse in Pontifice, innoxia in Rege, ex communi, hominibus, & de Summis Principibus praecipue, conjectura praesumitur. Theologis ac Iuris Consultis, hoc ratiocinium suo more commune est. Soli Deo, de cogitationis arcanis, judicare permillum. Praedicabimus ergo, aut excusabimus omnes, ut bona mente ductos. Si excesserint Libertatis Statores non nunquam, nec id reticebimus. Neque enim causae studemus, sed veritati, sed paci, sed tranquillitati Orbis Germanici. Ad caelum tollendi Principes, qui Iura Nationis suae facta tecta voluerunt. Venerandi etiam Sanctae memoriae Pontifices, qui iis optimo sensu, etiamsi forte non rite, obnisi sunt: Colendus nobis Leo IX. qui Iura Imperatorum primus forte infringere tentavit. Quietis suae relinquendus Alexander II. nec minus Gregorius VII. Colendus Henricus IV. Extollendus Paschalis, Calixtus & Henricus V. olim satis dissimili, jam cuncti placida pace compositi. Non involabimus in Iudicia Dei arcana. Agemus ea, quae subditorum, quae bonorum sunt civium. Si ve-

ro amore gentis & libertatis Germaniae studio, eos forte magis laudemus, quibus utrumque curae fuit, nemo id adeo nobis vitio verterit. Merentur id sane, cum eorum memoria, ne illis ipsis quidem hodie colatur, pro quibus tantum fuderis laborumve susceperunt. Absit a TE haec pestis, ingrata patria. Non dicitur Germanus, qui secus faxit!

§. 9.

Is cui nos dedimus, fuit mos orbis Christiani. Insignes semper illi, qui Iuribus suis derogari passi non sunt, licet controversia inde orta, ipsis summis Ecclesiae moderatoribus & Christi Vicariis. Nemo magis Iuribus suis conservandis intentus Friderico I. nemo acrior Vindex Friderico II. Acerbae hinc lites, fulmina sacra, turbae Ecclesiae & Regnorum, motus totius orbis Christiani, & tandem Fridericus II. plane depositus, ejus genus, suafore Pontifice, excisum. Nihilominus illi ipsi Imperatores, sequioribus temporibus Pontificibus laudati. (15.) Fridericus I. autem, pro defensione fidei humanis exitus, tantum non sacra memoria colitur. (16.) Et erit ille Germanis semper Divus. Erit id Mediolanensibus, quos tamen maxime afflixit, deinde vero ad cor reversis, benefecit. Scilicet, errores humanos, si qua fuerunt, non tanti crediderunt Summi Pontifices, ut ideo in filios post fata saevirent. Absolutus sane, communi Lege functus, Henricus IV. & sepultus in Ecclesia Spirensi. Mors omnium aerumnarum, & Ecclesiasticarum & Secularium finis. Iam vero si Carolum M. inspiciamus, is defensor suorum Iurium acerrimus, nihilo-

(15.) Bonifacius IX. in Executorio: Privilegii Friderici II. de libert. Eccles. ita quod clare memorie Fridericus 2. Imperator semper Augustus. Ad laudem Romane Ecclesie & Sacri decus Imperii. &c. Loquitur vero de Constitutione libertates Clericorum firmante. Georg. HERWART Ludov. defens. praef. Quinim & Ludovicus IV. Eugenio IV. Pontifici divus apud GEWOLDUM in Lud. IV. defenso contra Booviam p. 236. 244. Executoribus Sanctae memoriae p. 240. Concilio autem Basiliensi dicitur: Dei Spiritus datus, & Zelo Ferventissimae caritatis p. 233.

(16.) Testimonium Graecorum apud diversos in SCRIPTORIBUS BYZANTINIS, qui

minus inter Divos, solenni renuntiatione, non observatione tantum gentis, fulget, & fulget à Pseudo-Pontifice confirmatus, pacto Veneto agnitus. Quis in Iuribus suis tuendis, quis in disciplina Ecclesiastica acrior Ludovico IX. sive Sancto, cuius Pragmatica Franciae, vel hodie multis displicet, & eximia quaeque tribuit Regi. Invocatur Ludovicus Sanctorum more, Majestatis ac libertatis sine excessu assertarum, praemium tulit, apud Deum, apud homines. De fide videlicet, summo Pontifici quaeritur, de Iuribus disputat, & lites compositione finit. Nec multum differt, sive res communes pater, sive filius, ex privilegio paterno administret. Non alias Regnis, nisi privilegii, in Sacris titulus. Datur id honori Ecclesiae Sanctae Romanae, nec turpe filiis, etiam quae Iure debentur, à Parente per privilegium capere, & ea quantum in ipsis, obsequio etiam demereri. (17.) Debentur alimenta, & Iure filiis debentur; largius & sine felle praebita, gratitudinem, & debitam, liberis excitare par est. Nec lites inter patrem & filios aeternum durant, etiam si de Iure quaestiones ortae. Quin saepe parentes, successu temporis agnoscunt, filios suos aequa postulasse, unde illis postea cariores.

§. 10.

Haec ita praefari placuit, animo quietis pacifve & libertatis Germaniae cupidissimo, citra cujusquam injuriam. Non lubet, tranquilla & diu placida pace composita turbare. Indicabitur semper & ubivis, ubi transactio intervenit. Is autem ordo nobis tenebitur, ut omnia in sex distribuamus Libros; *Liber I.* Generalia tradens Apparatum, Historiam disciplinae, & fontes Majestatis ac Libertatis Germanicae. *Liber II.* Iura totius Ecclesiae Germanicae. *Liber III.* Iura Imperatorum circa Sacra privata, quorum amplissimum, in rerum argumentis extantem, nemini vero haecenus observatum Catalogum texet. *Liber IV.* Iura Territoriorum Germaniae specialium exhibebit. *Liber V.* Iuribus Summis Pontificis separatis destinatus est, de quibus tamen, ut Summi Directoris ac Moderatoris, ubilibet etiam in antecedentibus actum. *Liber VI.* de Iure Germanorum dissidentium à religione Catholica, circa Libertatem Ecclesiae Germanicae aget. (18.) Subjicietur *Codex Probationum* juxta seriem capitum ac rerum, ne aliquid, quod non satis probatum, dixisse videamur. Comparebunt illic quam plurima Anecdota, aut elegantius rectiusve producta, quo nihil ex undecunque nobis notis deficiat. Index, Lexici Libertatis, & Glossarii vocum obscurarum vicem obtinebit. Nec enim in verbis Ecclesiasticis, Germanis praesertim, vel DU CANGIUS vel SPELMANNUS vel SCHILTERUS aut WACHTERUS sufficere crediti. *Librorum* vero huc pertinentium delectus, Praefaminis Partem II. conficiet. Non autem in eo Catholicos tantum recensere visum. Et dissidentibus à Religione Catholica locus dandus fuit, cum & hi pro Libertate Ecclesiae Germanicae elaborarint, durius profecto interdum atque par erat, non nunquam etiam egregie. Iudicia de Scriptoris ferre, nimis tamen ipsi aequi esse, ob bellam Imperatori Gracco motum non potuerunt. Vid. NICETAS CHONIATES in Isaacio Angelo L. III. c. 8.

(17.) Sancta Sedes cuncta etiam vi Iuris Regii debita, veteri stylo *Privilegia* vocat. Sunt ergo pacta etiam privilegia, sed vobis sono, & non revocabilia, aut pro lubitu restringenda. Unde etiam Germaniam declarationes Concordatorum Pontificias non admittit.

(18.) Et horum enim etiam interesse, cum PAX WESTPHALICA cum RECESSU Novissimo, tum CAPITULATIO Nov. art. I. §. 1. II. §. 6. & art. XIV. per tot. ab his finalis confecta testatur.

longum fuisset, & forte exterorum aliqui desiderabuntur. Quis enim omnes à Germanorum aliquo exigat, praecipue in locis, ubi grandium Bibliothecarum non est copia? Licebit aliis plures adjungere, nec plenam quis librorum suppellectilem, in via nondum satis usque huc trita, efflagitet. Si vero quid nobis fuisset optandum, in eo votorum collocaremus summam, ut Archivum, ut antiquas Bibliothecas, ut praecipuis Cathedralium Ecclesiarum thesauros excutere licuisset, sed ab his omnibus abstinere visum, ne opus diutius differretur. Archivum inprimis Vaticanum, & Bibliotheca Vaticana, ingens potuissent afferre commodum, insignes etiam copias. At haec Corinthus vel Romae morantibus occlusa. Gazophylacium illic totius orbis Christiani, & inprimis Germaniae, (19.) ex monumentis toti Ecclesiae communibus. Inde producta *Capitularia* de partibus Saxoniae, illic cuncta Gentis nostrae *Concilia Provincialia* quiescunt. Si fata non invidissent egregius *Iohannis Friderici* SCHANNATI conatibus, daturus is erat *Concilia Germaniae Provincialia*, opus haud dubie insigne, cui ille, cum alibi, tum Romae insudaverat, cujus tamen operis fragmenta servavit, Reverendissimus quidam Germaniae Archiepiscopus. Latent Romae itidem plura Pontificum REGESTA nondum in lucem emissa, neque illa rem conficiunt, quae Conciliorum Collectionibus illata. Provocatur ad longe plura à BARONIO, RAYNALDO, GENTILIO, (20)

aliisve. Et vel solus BALUZII improbus labor ac industria ostendit, quam multa, maximi momenti, à rerum gnaris erui queant. Optaremus Orbi Erudito multos BALUZIOS, Viros & candidos, & rerum gnaros, & Historiae illustrandae studiosos. (21.) Efflagitaremus in Germania aliquos PUTEANOS, PITHOEOS, MARCAS, THOMASSINOS, MABILLONIOS, RUINARTOS, MORINOS, MARTENIOS, DACHERIOS. Non ea gentis nostrae felicitas, cui ipsi plus in exteris, quam in suis civibus, praesidii. Fuerunt HUNDII, CANISII, GEWOLDI, WILTHEMII, GELENII, BROWERI. Sunt GUDENII & HONTHEMII, sed pauci, & quibus ipsis, subsidiorum non satis. Multi, egregia monumenta, ut *Dracones aurum*, custodiunt, cum rem non intellegant, in omnibus timidi. Plures optimae voluntatis, sed necessariis subsidiis destituti. Nonnullos tenet panis lucrandi & lautius vivendi studium, plurimos innatus quidam, aut adscitus torpor, & plerumque ita res agitur, acsi Germania ad Germanos nihil pertineat. Obsunt identidem partium studia, aut Publici & posteritatis incuria, cum quisque, non nisi privata & praesentia bona velit. Sive coeli Germanici hoc malum, sive pravae adfuetudinis sit, Autori hujus libri minimum id eo obstitit, ut perfectius nihil dare posset. Utatur ergo praebitis & fruatur interea LECTOR, & Patriae datis curis non satis plenis, bene precetur.

(19.) Omnia certe Germanica Romam transmissa. Nec Germaniae est Archivum Imperii, cum singulorum Imperatorum Acta apud Genes eorum remanserint. Romae ergo omnia. Et illic Archivum orbis Christiani. Salivam movet Index à MURATORIO Ant. Ital. Tomo VI. exhibitus, & tamen ea tantum sistens, quae Avenione servabantur. Magis proforet ab eo saepe alius adductus CENCIVS Camerarius in libro Censuali Romanae Ecclesiae, sed cuncta occlusa.

(20.) Confer GENTIL. de Patriciis L. III. c. 6. p. 379.

(21.) Ejus sane industriae plurima fere debemus, quae Ottonis IV. Friderici II. & sequioribus sem poribus acta sunt. Ostendit id eius Innocentius IV. & liber de Pontificibus Avenionensibus, nec Miscellanea, aut alia eius scripta negligenda. Nihil is promittit, quod non satis probaret, nemoque Ecclesiasticae antiquitatis magis peritus, nemo etiam magis veritatis studio ductus.

APPENDIX V.
SPECIMEN SENCKENBERGIANUM
CORPUS IURIS GERMANICI

AEVI MEDII
CIS IS CCLII. IMPRESSUM, CUM COMMENTARIO.
TITULUS TOTIUS OPERIS.

Corpus Iuris Germanici Medii aevi.

Worinnen diese sämtliche Rechte, vollständig aus geschriebenen Büchern hergestellt werden, VI. Theile, nebst Vorrede und Register,

durch **Henrich Christian Freyherrn von SENCKENBERG**
K. M. würklichen Reichshofrath.

Inhalt des

Corporis Iuris Germanici.

- I. **Kayserrecht** ex codicibus Guelpherbytanis & Senckenbergianis:
- II. **Schwabenspiegel** ex Cod. MS. Francofurtensi coll. cum Senckenbergianis.
- III. **Sachsenspiegel** ex Cod. MSS. Senckenbergianis, nebst Cautel und Piemig.
Weichbild ex MS. Senckenberg.
- IV. **Nichtstfig Landrecht** zwey Theile ex MSS. Darmstatino ut & Senckenberg.
Nichtstfig Lehenrecht ex MSS. Senckenberg.
- V. **Bayerisches Land- und Stadtrecht** ex MSS. Senckenberg.
- VI. **Codex Regularum Iuris Germanici Seculi XIV.** ex MS. Darmstatino.
Nebst Vorrede und vollständigem Register.

Notiz von diesem Plan.

Es hat der Reichshofrath Freyherr von Senckenberg sich vorgesetzt, das Corpus Iuris Germanici Medii Aevi, woran Er nun so lange gesamlet, in Verlag des Buchhändlers von Wien Herrn Krausen dem Druck zu übergeben, welches in der

Oster-Messe fünffzigigen Jahrs gel. Gott! fertig seyn soll, bis dahin aber dessen neulich angedeutete Collectio opulculorum am-och ausgefetzt bleibet. (*) Hierinnen sollen erscheinen (1.) Das Kayserrecht, aus denen 4. Codicibus des Herrn Reichshofraths, und dem Wolfenbüttelischen. (2.) Der sogenannte Schwabenspiegel, aus dem sehr correcten und alten Franckfurthischen Pergamenenen Codice, welcher der beste unter allen ist, daher auch der Herr Herausgeber seine 7. geschriebene pergamenene und Papiertene Exemplarie, nicht einmal dabey brauchen will. (3.) Der Sachsenspiegel samt Weichbild Caurel und Premis, auch einen von 8. Msten eigenen Exemplarien vorzüglich erwählten, des Herrn Reichshofraths sehr vollkommenen Codice MS. (4.) Der Richtstiege Landrecht, wovon der erste Theil bisher halb ediret, hier aber ganz gegeben wird, nebst Befügung des II. gar nicht edirten Theils, samt Richtstig Lebensrecht. Hierzu sind die Darmstädtische, Erbachische, Berleburgische und eigene MSta gebraucht worden. (5.) Bayerisches Landrecht, welches zwar ediret, doch hier verbessert, samt dem unedirten hinzugefügten alten Stadtrecht, ex MSS Seculi XIV. & XV. vorkommet. (6.) Codex Regularum Iuris Germanici ex MSto Darmstano, welches ganz unbekant geblieben, aber etliche tausend Regularas enthält; Die Vorrede wird unständliche Nachricht geben, und das anzufügende Register, die Stelle eines Glossarii und Lexici des Teutschen Rechts vertreten: Die Liebhaber der Teutschen Rechts Gelehrsamkeit, und alles was dem Teutschen Nahmen hold ist, werden dem Herrn Reichshofrath vor diese so wichtige Bemühung, bey dessen überhäufften großen Geschäften verbunden seyn. Das Werck beträget höchstens zwey kleine Folianten, obwohl man es meynet gar in einen zu bringen.

(*) Ea mihi tum mens erat, ea bibliopolae. Sed nec is invenit aliquem qui cuncta rite apud exteros curaret, nec ego tempus, quod rei impendendum erat. Bona ergo gratia uterque post emissum hoc folium, ab ea mente recessimus. Et suspensa manent omnia, dissoluto contractu.

COMMENTARIUS SCHEMA

- §. 1. *Prologus de Syllabo publice proposito.*
 §. 2 - 8. *I. De Iure, Caesareum dicto, ejusque auctoritate ac usu summo.*
 §. 9. *II. De Speculo Alemannico.*
 §. 10. *III. De Speculo Saxonico.*
 §. 11. *IV. De ordinibus Processus Richtstig dictis, eorumque usu, in Processu*

- Summorum Imperii Dicasteriorum, mere Germanico.*
 §. 12. *V. De Iure Bavarico, Lubecensi & Lotharingico.*
 §. 13. *VI. De Codicibus Regularum & veterum Iuris Germanici.*
 §. 14. *Autorem non editurum ab initio, nisi Ius Caesareum, & Processum dixerit Richtstiege, sed cum Commentario.*

§. 1.

Si jam dicam, haec proprias meas laudes, & hoc, quod vides, Schema, me in seculo produisse, agerem quidem id, quod Eru-

ditorum nonnulli solent. At pro solito candore, me haud expectasse dicam, donec aliorum aliquis hanc provinciam susciperet, sed me ipsam designationis esse auto-

fem. Hederam suspendere oportebat ex more Eruditorum, & si suas merces laudare mercatoribus permiffum, qui non & iis, qui litteris se dederunt? Quid re penitius considerata interfit, vix video, & ut verum fatear, meis in re patria studiis, mea in conquirendo industria, mea in deprehendendo fortuna, meis horis negotiis gravioribus surreptis, oblectatus sum. Vix etiam credo iis, qui, quando mecum aetatem in studiis sine sordidi lucelli amore exegerunt, tamen modeste dicunt, se nec laudis cupiditate duci. Facio potius cum PLINIO meo, (a) et reliquos, protestatione facto contraria uti ajo. Nec dignitatem illam, cui praesum, multorum more id efficere posse opinor, ut vadimonium Musis dictum, quasi deseram. Video maximos Reges non ideo minores, sed majores etiam, quia philosophantur. Meae vero dignitatis splendor qualiscunque demum, ita contra comparatus est, ut bonarum litterarum causa talis existat, ut sine illis, & Augustissimo sim haud utilis, imo Reipublicae & mihi. Placet ergo, si rite quid in studiis adhuc gerere queam. Et ridemus hic nostros aliorumque mores, ubilibet ex vero.

§. 2.

Prologo hocce praemisso, vides I. me editurum esse id, quod *Keyferrecht* dicitur. Omnino autem ita censeo, hunc Codicem Legum, omnium eorum, qui post Capi-

tularium Codicem summarium unquam collecti sunt, esse antiquissimum. Conradi II. Imperatoris, aut I. si Italos sequaris, secundi certe Germaniae Regis, Leges, eum continere, me haud inficete credidisse existimo. (a) Et cum illic citatus GERSTENBERGERUS, in Consuetudinibus Francobergensibus, eum huic vindictet, Seculi XV. scriptor, cur ampliari debeam, haud video. Nec scio omnino, quorsum devenerint tam multae, Conrado II. tributae passim ab omnibus Leges, nisi in hoc sint Codice. Conservatas autem non dubito, & conservari debebant. Librorum materiam alias designavi. (b) Sunt numero quatuor. Postquam autem *quinque Codicum* inter se *Collatio* instituta, accessere aliqua capita, nec eorum numerus, in omnibus IV. libris, idem mansit, qui olim erat.

§. 3.

Quantum usum in re patria praestare possit hic Legum Codex, passim à me & aliis, in scriptis variis indicatum est. (a) Senties illo contineri, totum fere Iuris patrii ambitum. Nec ea, quae ei libro jam inerant, aut Alemannicus, aut Saxonius, Speculorum Codex dederunt; huic quippe ipsi, (in multis Codicibus utriusque Speculi Manuscriptis ideo addito,) uti GERSTENBERGERUS id enunciat, *Glossam* quasi tantum conscribentes. Glossa est haud dubie latior expositio, & additio eo-

§. 1. (a) Epist. IV. 12. 6. VII. 11. 3. 4.

§. 2. (a) Praef. Corp. Iuris Feud, §. VIII. fgg.

(b) Ibid. §. VI.

§. 3. (a) SIEGNER Diff. de potest. test. in lucra conjug. §. XIV. in comm. bon. inter conjuges. T. I. der Sammlung praef. in possessorio momentaneo. *Disquis* ulter. de Success. Han. App. p. 34. de Dotatio. in Corp. Iuris Feud. edito toto libro III. in feudis BENECKE de Praescript. annali p. 15. in praescriptione anni & diei. Med. T. I. p. 92. & III. p. 444. de Dotatio. In RICCIARDO de usu Iur. Feud. Longob. §. XLV. fgg. de simul. Invest. & passim in Semestribus. Et post me multi alii, praesertim STURM, Vir eruditissimus, DRUMMELIUS seu deum Udel, & alii in scriptis suis.

rum, quae sequioribus temporibus acciderant. Facta haec ex Legibus Imperatorum postea latis, & consuetudinibus, ad singulas Leges collectis. Concrevit eo modo ius feudale Longobardicum, uti id probavimus. (*Append. III. §. XXXIII. XXXVIII.*) Inferuntur Speculis, Leges post Conradum II. latae, subnectitur Commentarius ad singulas undecunque collectas, additur nova Constitutio, iterum Observationes, & usque ad finem ita proceditur. Tandem inde liber fit. Ita vero concreverunt, omnes aevi medii Legum collectiones. Hinc nullus certus ordo, omnia fortuita, modo Imperatorius, modo privatus Collectoris sensus. Quin in Iure Feudorum Longobardico, & duplex & triplex non nunquam opinio adscripta.

§. 4.

Vides cur omnino simplices sint hae Collectiones, quique naturaliter accidere debuerit, iis nullum contingere ordinem. Et omnium maxime adhuc concinnus, dictus Caesarei Iuris Codex. Puto eum compositum ab his compendiis, quae in civitatibus & pagis Imperii, singulis vicibus, ex edictis & decretis Imperialibus, publici Iuris reddebantur. Servat enim Stylum & morem Legis alicujus publice expositae, & verbis simplicitati plebis accommodatis. (a) Nolle debuisse simplicem plebem quid Iuris sit, & patria lingua, verbis brevibus, detractis praefaminibus & dictionum ampullis, certum omnino. Et hinc rudis ille, ac cujuslibet captui datus sermo. Temperent sibi à risu, Iuris Romani Sacerdotes. Simplicitas majorum minus risu digna, at-

que id, si plebem Legibus latinis alligare velis, quas vel ipsi, qui earum custodes sunt, non capiunt. Iis supra dictis rudibus vixerunt maiores, beati in re privata ac publica. Ius Romanum contra corrumpit nostra Publica & privata, litibus inter Imperium & Sacerdotium, (b) turbis in cujusque fere aedibus inde enatis. Ipse Deus simplicitatis, in Lege sua autor & stator.

§. 5.

Praefero ergo hanc concinnitatem, ampullosis Iustitiani nostri, per aera quasi ambulantis Novellarum praefaminibus ac compagi. Et publici Iuris reddi debuisse Leges nostras Imperatorias, diu agnoverunt Iuris Consulti, unde eas Romana & Germanica lingua jam olim scriptas, & simul expositas esse, contenderunt. (a) Inter ea omnia, quae ad Ius Naturae referuntur, certe optimum maximum Doctores omiserunt, nimirum Legum Publicationem. Naturale certe est, eum lege non teneri, qui legem nesciat. Publicatio ergo, Iuris Naturalis. Et inde, poenae aut damni iustitia. Haud dubie ergo, in Germania publicari debebant Leges, & ita publicari, ut intelligerentur, adeoque modo maxime simplici. Hic vero ille ipse est, quem in Iuris Caesarei Codice deprehendis. Nil intererat maiorum, a quo demum Rege Lex lata, & sufficiebat, si Caesar dixisset. Unde nulli Legum nostrarum, aut in Codice Caesareo, aut Iuris Alemannici, Caesaris constituentis nomen unquam additum, & cuncta inde referebantur ad Carolum M. ut omnium celeberrimum. Hinc falsae Epigraphae postea natae, hinc omnium Le-

§. 4. (a) Adde IUS STATUTARIUM FRANCOFURTENSE, à me Tomo I. Selectorum productum, & habebis hujus moris testem, placitque mei rationem. Vti enim hic omnia per Solenne illud: *Der Kayser spricht*, aut *ein jeglich man sal wissen* ad Caesarem, ita illic, per similes formulas, ad Senatum referuntur.

(b) Confer *Append. III. §. I. - VI.* pluribus.

§. 5. (a) SCHILTER praef. Cod. Iur. Feud. Alemann. §. IX. sqq. STRUV. Hist. Iur. p. 436. gum

Carolus M. autor. (b) Cum inde Frederici I. grata esset memoria, cunctae Leges, quarum autor sequioribus temporibus esset ideo incertus, quia nihil de eo in litteras relatum, ad ipsum pertinere creditae. (c)

§. 6.

Invenio vero Ius Caesareum, praecipue conservatum in Civitatibus & Dynastiis, ad Imperium pertinentibus. *Codex meus I. est Eschwegenfis*, civitatis Hassiacae hodie, olim Imperii; & illius Codicis multa, in Civitatibus atque terris Hassiae ubique memoria. *Codex II. est Coloniae comparatus*, quem illic Iuris Civitatum Imperii communis vicem obtinuisse, & Maximiliani I. tempore talem habitum esse COLONIENSE CHRONICON (a) ostendit. *Codex III. Vlmensis*, ex Krafftiana Bibliotheca a me comparatus. IV. OSNABRUGENSIS sive EYBIANUS, L. c. iam adductus. V. Codex Guelpherbytanus, ex notissima Imperii aliqua civitate, eo delatus. Sunt vero omnes satis longaevi, & aut Ius Alemannicum quod dicitur, aut Saxonicum, aut Constitutiones Regias, simul etiam Territoriorum, aut Iura Civitatum adscripta exhibent, usus causa in eundem Codicem redacta.

(b) SCHILTER I. c. §. 9. pr. Corp. Iur. Feud. §. XLV. quin in aliquo *MStorum* meorum, ipse Codex Iuris Caesarei, ad Carolum M. relatus.

(c) c. g. *der Reichsig Land- und Lehenrecht* pr. Corp. Iur. Feud. §. XXX.

§. 6. (a) *Impressum ClöCCCCXCIX*. fol. CXXI. ubi satis obscure, confirmatio Imperatoria sequioris temporis signatur. Adde *Append. VI.* §. 32. not. 6. Sistit autem integrum libri IV. praefatum, de verbo ad verbum.

§. 7. (a) Ap. HARENBERG *Hist. Dipl. Gandersh.* p. 1169. & CLAPROTH *Samlung P. I.* p. 126. ubi noto, ultimo loco dictum B. Virum, in edito libro III. a se citatum locum invenire non potuisse, qui tamen extat C. 6. 7. 8. non iisdem verbis, re eadem.

(b) SIEGNER de testat. potest. in lucra conjugalia §. 14. 15.

(c) LUNIG *Reichs-Arch. Part. Spec. Cont. IV.* l. 25. p. 89. RITTER disp. de privil. Augustanis. Praef. Ditmar.

(d) A. Cap. 326. usque ad Cap. 349. & alias. Notitiam vero hujus Codicis statutarii, qui & nobis est *MSc.* habes ap. SCHILTER *Anecdor. T. III.* p. 38. Apparatus. Et in MOREL *Hist. Cod. Stat. August. Altorf.* 1743. p. RICOIUM von Statuten p. 34. sqq. Caeteros, sunt vero illa, quae signavi ex L. III. Iuris Caesarei.

(e) Von STETTIN *Westphäl. Geschichten.* p. 1547. sqq. ubi adijcitur: *Haec vera copia, collata ex Libro antiquo, dicto: LEGES CAESARIS, de verbo ad verbum.*

cis, (f) inprimis vero hoc etiam notavi, Albertum I. excitari, qui Rothwilae 1322. (sine dubio C15CCCII.) haec Iura Curiarum Caesarearum illie relata condiderit, quae plane ex Iure Caesareo excerpta sunt. (g) Neque ego huic constanti traditioni fidem denegaverim, potius fieri potuisse credo, ut Albertus I. eo tempore haec Iura confirmaret. Recens etiam editus Francobergensium Consuetudinum Collector GERSTENBERGERUS, saepissime in suis Collectaneis, Ius hoc Caesareum, ut illis terris commune excitat, quem usque ad seculum XVI. pervenisse novimus. (b).

§. 8.

Contuli autem supradictos V. Codices, versione ornavi, unum ex altero supplevi, atque mea fide affirmare possum, nullum omnino, quod Germanico Iuri magis commodet, & à simplicitate ingenua se commendat, rerum Germanicarum monumentum, in lucem emitti unquam posse. Civitatum certe Imperialium, & Nobilitatis liberae inprimis interest, ut hic Codex prodeat, cum Nobilitatis Iura ubilibet exponantur, & liber IV. integer in Civitatum Iuribus Publicis versetur. De his in Speculis ne mica quidem habetur, quia jam illic omnia curate satis perscripta erant. Neminem vero hujus Iuris ante me Notitiam habuisse, inde evenit, quia sub Caesarei Iuris titulo, Ius Iustiniani, inde vero etiam sub eodem, Speculum, quod Alemannicum dicunt, & Saxonicum, aequae veniunt. Et nuper demum obser-

vavi, quae de B. VFFENBACHII, olim nostri, Codice dixi, (a) ad Speculum quod vulgo Suevicum dicimus pertinere, cum ille Codex in manus meas incideret. Illic enim Ius Alemannicum hoc titulo, quod & alias non ignotum, afficitur, quia Carolo M. tributum est.

§. 9.

II. Editurus eram SPECULUM ALEMANNICUM. Hujus auctoritatem legalem, ut & longe antiquius esse atque hucusque opinabamur, alias adstruxi. (a) Et cum mihi decem atque ultra CODICES MSti sint ad manus, praeter tam multos, quos alibi oculis usurpavi, omnino plurima, ex inspectione curatiore, olim eruere licebit. Id unice addo, dono Viri Eruditissimi D. VON DER LAHR civis mei, Commentarium in totum hoc Ius, summa cura confectum, IV. Voluminibus MStis constantem penes me haerere, quem ille editioni meae benigne commiserat, quod opus cum vacnam expectet, illud Lectores ignorare nolui. Tenet ille Codicem MStum, ab ALBERTO III. Duce Austriae propria manu descriptum, quem cum aliis contulit, sicque lectiones eleganter restitutas, ubique in textu simul addito, nos tenere voluit.

§. 10.

III. Sequitur SPECULUM SAXONICUM cum WEICHBILDO, CAUTELA, PREMITS, imo etiam GLOSSA. Et haec omnia, excepta, paucis segregatis, Glossa, dare volui, quo integrum

(f) Inprimis *Hovesrecht von Eimenhorst und von Eudenschaid*. P. I. p. 1728. sqq. ubi multa capita ex Lib. II. des *Kasferrechts* C. 112. sqq. desumpta, de verbo ad verbum exhibentur.

(g) Ibid. p. 1561. & 1565.

(b) Apud SCHMINCK in monumentis Hass. T. II. p. 671. 696. 710. 713. 717. sqq. 726. 737. 749. & alias.

§. 8. (a) *Praef. Corp. Iur. Feud. SENCKENBERG.* §. 7. p. 10.

§. 9. (a) *U. praef.* §. 11. sqq. *Append. III.* hic §. 44.

Corpus esset. Cum autem Perillustrem GAERTNERUM, Collegam meum, praeter edita, & iis quae restant se daturum aliquando esse rescirem, substiti. Quin cum de GAERTNERI mei otio fere desperarem, Hannoverae nuper haerens, Cl. GRUPENIO amplissimas hanc in rem opes esse penitus rescivi, spemque allucere, ut illius Codex Saxonicus, ex XXI. optimae notae Codicibus integritati suae redditus, quam primum prodeat. Qui ego antea dubitabam, eo deveni, ut meum Consilium, spe in illius Editione unice reposita, abdicarem. Vidi etiam non nihil ex tanto apparatu, & faustam Viro eruditissimo, atque huic Operi pari, exopto Lucinam, quo partus hic excludi queat. Interim recole hic à me alias dicta. (a)

§. II.

Quod IV. ad Ordinem processus, *Richtstüg*, Civilem & Feudalem spectat, illius Partes II. sistere decreveram. Primam editam, sed plane ab inferis fere revocata, & dimidia tantum non parte auctiorem; hanc vero ineditam. Feudalem itidem, emendatione superbientem. Nec hoc Consilium deposui, Iuris-Consultus, glebae meae non defuturus. Ostendere vero inprimis annitar, (§. 14.) tam ex his, quam Iuris Caesarei & aliis fontibus; *Summorum Imperii Tribunalium* Consilii Imperialis Aulici, & Cameralis, Processum, non aliunde, nisi ex hac Patriae cana Antiquitate, illustramenta sua capere. Vti enim antiqua, *Consilii Aulici* procedendi ratio, quatenus brevi illa ordinatione nostra non restricta, etiamnum servatur; *Camerali* vero iudicio, diu ante Maximilianum,

itidem separatus suus mos fuit, (a) indeque etiam Ordinatio anni CIO-CCCCXCV. reliquis Stylo relictis, brevissima evasit, (b) ita id quod dico, satis probatum puto. Si hoc quod jam profero, temporum ratio permisset, ut Viris magnis GAILIO, MYNSINGERO, HARTMANNO, MEICHSNERO, aliisve, & ad ultimum, B. LUDOLFFO, innotesceret, nunquam illi nobis rem, Stylo & mori antiquissimo semper servato debitam, ex Iure Romano, & nescio quibus, illustratum visissent. Noluere sane certa olim, certa etiam hodie, incerta reddere; neque aliorum deflectere unquam suscepissent. Quis enim e.g. Mandatorum S. & C. Clausula, apud nos Rescriptorum, communem, Restitutionis in integrum & Revisionis Theoriam, ex illis explicet, quae Ordinationes exhibent; quis etiam hodie credat, ubi Leges sic deficiunt Imperiales, Romana, quibus horum nihil inest, eas supplere? Veteres vero, vel Alcoranum, olim ex Iure Romano integrum reddidissent. Quis vero Austrae-gas, proclamata, compromissa in Camera, & mille alia credat, ex Iure Romano, vel minimum illustramenti capere? Ratio procedendi Germanica, Chartae, Diplomata & Historia, cum Stylo iudiciorum superstiti, hic unice faciem ministrant.

§. 12.

V. IUS BAVARICUM Seculi XIV. juncto *civitatibus praescripto Iure MSC.* addere constitueram, sed praevenit meam tarditatem, rite hic versatus HEUMAN-NUS; Iure Provinciali edito. (a) Ei lubens etiam, Ius Civitatum, curate descri-

§. 10. (a) *Praef. Corp. Iur. Feud. §. 18. sqq. & in Progr. de Iure Hassorum vetusto §. 8.*

§. 11. (a) *Append. III. §. 51. latius dixi 1495. nil novi factum esse.*

(b) Non alia potest hujus brevitatis ratio reddi. Alias enim longe plura dicenda fuissent, si novi quid gestum. *Diff. de Historia Iud. Cameralis.*

§. 12. (a) In *Opusculis Iuris Germanici p. 54. sqq.*

ptum concedam, quo Provinciali jungi queat. Et cum Bavaros SPECULO ALEMANNICO simul usos videam, non nisi NOVELLAS pro Bavaria sua quasi conscripisse Duces credo. Ausus essem, Iqco illius IUS LUBEGENSE aut LOTHARINGICUM antiquum substituere, ut Iura olim insigne terrarum spatium complexa, quaeque *MStae* mihi sunt. Sed Lubecense, est qui colat & digne colat DREYERUS, Civitatis illius nuper delectus Consiliarius, cujus Studio jam antiquissimum latinum Codicem debemus. (b) Alterum vero, ERUDITI cujusdam Lotharingi sollicitudinem nactum esse audio, cui omnino me cedere oportet, uti notitia, ita Apparatu.

§. 13.

VI. Locum occupat C O D E X REGULARUM IURIS. Is Seculi XIV. & grandiusculus est, a me saepius nominatus, & nunquam satis nominandus, ita in re Germanica divitem se praebet. Addidit tamen semper, cautionis loco, argumentum Legis aut Canonis, & miror prudentiam tum solennem. Scilicet Iuris-Consultis romanizantibus, haec offa, aut mixtura simplex, objicienda erat, qua arte, & Aeneam, ad Campos Elysios visendos descendentem, usum esse, fabulas tradunt. Vel omnia scilicet ICti ferebant, modo argumento Legis, qualicunque demum mitigarentur, hocque vigiles alias pro Iuris sui arte mentes, somno quasi darentur. Obvenit vero mihi postea etiam Codex VERBORUM SIGNIFICATIONEM sistens, Seculo XV. Lunenburgensi confectus, ubi dictiones Iuris patrii exponuntur. Me vero felicem terque

quaterque, qui hoc ipso (*Meth.* §. 69.) nihil non habeam, quod vel TRIBONIANI gustui satisfacere queat. Et si velis, vel amplissimum erit Ius Germanicum, licebitque ex eo omnes casus, ne querulus sis, decidere. Qui olim solo Iure Romano in Corpus relato uti suaserat, quique omnia Doctorum commenta igni addicere tentaverat, CAROLUS GIRARDUS, (a) qui idem fere meditatus est Marius ARCAS, (b) si ex loco beatorum redire possent, aut vellent, meos certe fontes, una cum Iuris Corpore conservaturi essent.

§. 14.

Haec haecenus, ut de meis Meditamentibus, & aliquibus ad Historiam Iuris pertinentibus, magis instruaris. Tua si non interesse dicas, mea utique fuisse respondebo. Et id quidem ideo, quo non nudus promissor viderer. Sunt enim, uti ex dictis intelliges, rationes, cur totum meum aevi Medii Legum Corpus edere, ex nupero destinato nolim, sed soli Iuri Caesareo, & Ordinationibus rerum, in Iudicio gerendarum, haerere. Velim autem his Commentarium addere, (§. 11.) homo negotiis forensibus tantum non obrutus. Sed audebo tamen. Viam ibo, aut si id strepitus me circumstans non ferat, aliis res patrias amantibus mea transcribam, quo tandem nescio quid Iuris nobis propinantes, Iuris Sacerdotes glossati aut bartolizati, Germanis esse Iuris divitias intelligant, nec paupertatem Iurisprudentiae nostrae, cui ex pannosis civilitatis BARTOLI succurrendum sit, amplius objiciant.

*Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
Temporis & prisca, facta referre senem.*

(b) Tomo I. Opusc. 1754. in 8. emissorum, quibus & alias optima quaeque insunt.

§. 13. (a) Tr. parvo de Iuris Voluminibus repurgandis Lugd. 1535. 4.

(b) In Interpret. nova ad Legem 1. C. de edendo Vener. 1543. 4.

EXCURSUS VI.
 SUPPLEMENTA
 AD
 HISTORIAM IURIS PUBLICI
 EIUSQUE
 IURISPRUDENTIAE.
 ACCEDUNT
 LITTERAE ANECDOTAE III.
 CONSPECTUS

§. 1. **R**ecensus Scriptorum Historiae Iuris Publici. Autorem autem non nihil sup-
 plere velle, sed per Indices tantum.

§. 2. 3. Necessitas hujus supplementi.

§. 4. 5. Tempora Germaniae antiquissima
 praetermissa. **INSTITUTI DI-
 STRIBUTIO.**

§. 6. 7. 8. 9. 10. **PERIODUS I.** Iuris
 Publici & Iurisprudentiae, a Carolo M.
 ad Henricum III. usque, per indices fi-
 scitur.

§. 11 - 20. **Expositio PERIODI II.**
 paulo latius ab Henrico IV. usque ad fa-
 ra Henrici VII. id ipsum agit, & nori-
 tiae Iurisprudentiae praecipue aliquid
 praebet.

§. 21 - 31. **Dicta ad PERIODUM**
III. mutatam ab Henrici VII. Imperio

usque ad obitum **Fridrici III.** non nihil
 Iuris & Iurisprudentiae rationem sistunt,
 ac speciminibus illustrant.

§. 32 - 36. **Iuris Publici vniuersae Praecepta** ra-
 tio, **PERIODO IV.** a Maximilia-
 no I. usque ad Maximilianum II. consi-
 deratur, ejusque testimonia praebentur.

§. 37 - 40. **QUINTA PERIODO,**
 nova Ius publicum tractandi & illius Iu-
 risprudentiam proponendi ratio explicatur,
 a Rudolpho II. ad initia usque Ferdinan-
 di III.

§. 42 - 43. **SEXTA PERIODO.** a
 Pace Westphalica, ad nos usque procedi-
 tur.

§. 44 - 45. **PERORATIO.** Es ali-
 qua de Iurisprudentiae Publicae hodiernae
 defectibus.

§. I.

Fortuito haec nascuntur SUPPLE-
 MENTA, & inter alios labores. Cum
 enim multa deesse *Historiae Iuris Publici*
 viderim, & adhuc ita censeam, documen-

tum ego per indicem ut plurimum prae-
 bere volui, quo pacto non nulli, (multa
 enim prudens, vel satis dicta, omitto, aut
 brevitatis causa, taceo,) praecipue circa
Historiam-Iurisprudentiae Publicae defe-

Etus, hic supplendi sint. Non ignotum mihi, multos *Historias Iuris Publici* unquam huc praebuisse, neque ullum suo merito fraudabo. (a) Nec tamen inventus fuit, qui ea quidem cuncta diceret, quae dicta voluissent. Specimen ergo dabo, quod aliorum diligentiam excitare queat, quo forte non opus foret, si *Simonis Friderici HAHNII* Opella prodiret dudum promissa, (b) & fati nos deficiens. Nec promissis suis etiam stare potuit I. W. HOFMANN, (c) id genus scriptum, utque ad Maximiliani I. fata & non ultra molitus. Neque tamen omnes aut vidi aut adduco, qui hanc arenam triverunt, ad *Bibliothecas Iuris* remittens. Id unice addo, a *Ludewigio*, viro certe harum rerum peritissimo, quo & ego praeceptore usus sum, cum hoc institutum simul sumerem, haud omnia ita esse exhausta, ut ulterioris meditaminis aliquem tædere queat. (d) SPENERIANAÆ quoque, SCHMAUSIANAÆ & PUTTERIANAÆ Historiae, di-

versum a meo est institutum, in se laudandum.

§. 2.

Principio satis tritum, differre *Ius & Iurisprudentiam*; differre etiam *res agendas*, quod Praxin vocant, a Iurisprudentia, praesertim in publico etiam Iure (a) Historiam vero Legum utcumque nobis aliqui dederunt, vicissitudinum doctrinae, & rerum gerendarum ordinis, satis parce. (b) Et tamen Historiae Legum ipsarum, reliqua hic recensita etiam addere ideo convenit, quia alias, nec Diplomata explicari, nec Acta publica satis capi, nec etiam ea, quae ipsis Legibus insunt, intelligi possunt. Si enim v. g. in Legibus Seculi XVI. aut apud ZOANETTUM, verbum *Iurisdictionis & meri Imperii* legas, (c) longe alio conceptu atque hodie, aut ex veritate rei eae voces habent, tibi opus est; idque disciplinae illorum temporum tribuendum. Si *Principum Consensum* Im-

§. 1. (a) Extat REIMANNI *Hist. Iur. Publ. Einleit. in die Hist. Literariam*. P. VI. p. 328. sqq. STRUVII in *Historia Iur. C. X. KOPPI* in *Hist. Iur. P. VI.* quorum duo posteriores egregii sunt. Nec fugiunt me SCHELLII, SCHILTERI, MASCOVII, à *Franchio* Lipsiae 1734. 4. junctim editae curae, nec C. G. HOFMANNI *Introductio, Bibliothecae I. P. praemissa*. Francof. 1733. 8. Itidem G. F. BUCKISCH *Tr. de fontibus Iuris Publici* Prag. 1689. 4. MOSERIANA & WOLFIANA novissima *introductio, in Ius. Publ. & ejus Historiam*. WAGENSELIUS vero Praecogitorum, ut brevissimorum vix meminimus.

(b) Is in observationibus Iuris Publici ad aevi mores, ubi multa egregie dixit, §. 1. p. 9. promiserat, se in *Historia Iuris publici olim edenda, singulorum Doctorem sensentias, & sana vel male sana principia, diligenter examinaturum*,

(c) Memoratur id in vita illius p. ult. inter ea quae molitus sit.

(d) Singularium Iuris Publici libro Halae 1730. 8. ex quo tamen multa discere licet.

§. 2. (a) *Michael PRAUN*, in libro cui titulus: *der alten teutschen Reichs-Sachen Ähnlichkeiten* cum Parte II. wie ein Fürstlicher Staats-Rath ein Phoenix seye, Speyer 1685. 8. Ex quo titulo nemo facile, quid libro insit, capiat.

(b) Non omnia exhauriunt, quae ego quidem dicta velim, aut BUNEMANNUS aut EISENHARTUS in *Hist. Iur. litteraria*, alias laude sua digna. Vir Celeberrimus HEUMANNUS, in Apparatu litterario, insignem & semper se sistit sed non tangit omnia.

(c) Vide illum de duplici Venatione n. 105. Operum p. 112. ubi verba: *merum & mixtum Imperium cum omni Iurisdictione*, etiam venationem comprehendere docet.

peratorem requisivisse; (d) si aliquid in *Comitiis actum* deprehendas, quod alias ad Iurisdictionem pertinet, rerum eo tempore gestarum formam nosse conveniens est, (e) ne ignorantia in devia agaris. Quod genus Centuriae Exemplorum coaccervari possent, dubia nullius usus aut momenti ignavis generantia, in negotio alias satis plano.

§. 3.

Fuit sane nobis Ius Publicum, antequam illius essent interpretes. Fuit nobis Iurisprudentia Publica non scripta, antequam scriberetur. Et perdurat hodie non scripta, cum & Ius ipsum & Prudentia, diu scripta haberetur. Mutationes admisit Ius, discrimina passa Iurisprudentia, & scripta & non scripta. Vicissitudines tulit communis Iuris-Consultorum de Iure Publico opinio, & fert adhuc Distinctione ergo peropus, & distinctione per tempora, quae maxime commoda. Aliud censuit de Iure Publico Fridericus I. & recte; rursus diversum saepe Rudolphus I. & juxta Leges. Iterum alia de Electionibus opinio; alia eorum Iura, a Carolo IV. praepriniis usque ad Carolum V. quam postea. Denuo post Pacem Westphalicam multa migrata, plurima Capitulationibus & Doctorum placitis. Dies interdum, sensim sensimque, alia augeri

aut decrefcere, hinc illinc voluit. Multa ex communi opinione recepta, res aliter instruxerunt. Inde majoris lucis, & Chronologici ordinis, in id genus doctrinis, summa necessitas. Nec olim injustum fuit, hodie quod est. Non antehac indubium id, quod nostro saeculo quivis probet.

§. 4.

Et antiquiora quidem, Germaniae Statum Publicum concernentia, sic satis addiscuntur, ex CAESARE, TACITO, STRABONE. Primus, si nobis cuncta integra superessent, ut praesens in limite, omnino fidem mereretur, & vel sic usu non destituitur. Secundus, forte aliquamdiu, in Belgica Gallia constitutus, & relationibus, praecipue etiam captivorum edoctus, magni nobis semper, nec immerito habetur. (a) Praecipue ex eo addiscetur, Regum nostrorum, nunquam sine limite potestas, Consiliorum ratio, Sacerdotum, in Statu publico potentia. Nec displicebit visio, Germanos nunquam unum constituisse populum, & in multis discrepantibus moribus. STRABO curatius Geographiam, reliqua non ita praebet. Superare nobis vellem PLINII Senioris, diu in Germania versati, Germaniam, quae magno nostro dispendio, Tacitum mage aestimantibus, curata haud est. Ex reliquis Romanae

(d) Vt in omnibus antiquis Diplomatum fere id accidit, sed vario sensu.

(e) Vbi scilicet in Comitibus semper Consilium Aulicum simul praesens erat, & Iurisdictione sua, adicitis nonnunquam Principibusungebatur, aut res per commissionem Caesarem administrabatur. Haec ergo res gestae in Comitibus, non tamen ut res esset Comitiorum. Confer *Sammlung in Protocollo LUDOVICI Wüngensteinii Comitum Tomo III. & Protocollo Iudicii Aulici in Comitibus conscripta. E. g. 1548, 1566. &c.* Vide eo adhuc R. I. NOVISS §. 183. verbis: *Durch des Churfürsten von Maynz Liebden, auch unsere Weisende Räte und Commissarien &c.*

§. 4. (a) Hinc tot in eum *Commentarii*, ex quibus reliquis praefeream DITHMARI ac GEBAUERIANA recentia molimina, speciminibus pluribus explicata. De Fide vero C. CORN. TACITI in rebus Germanorum Conf. Id. DITMAR Spec. Comment. Opufe. T. II. p. 403. 499. antea Exercitat. Francofurt. inserta Tomo III.

Historiae scriptoribus, DIOCASSIUS, HERODIANUS, SPARTIANUS, AMMIANUS MARCELLINUS, praecipue Germaniam ornant, & APPIANI quicquid superest. Succedunt HISTORIAE BYZANTINAE SCRIPTORES, CASSIODORUS, Gothicorum Collectio, imprimis GROTIANA, (b) inde PAULUS Diaconus, & alii passim, ex quibus & undecunque MASCOVII, BUNAVII, & ante hos CEUVERII, nati sunt splendidi Commentarii.

§. 5.

Non his immoramur, quas vero *Hermionis*, *Manni*, & nescio cujus Regis Germaniae Constitutiones dedit GOLDASTUS, vel sic ei relinquimus, nec majorem usum ex iis capies, quam suppeditant imagines AVENTINI, (a) aut alia id genus bellaria. Nec Merovingica Francorum nobis narrabuntur tempora, potius ad Carolingos statim decurremus. Constituemus Meditationis nostrae sex Periodos. *Prima* a Carolo M. ad Henricum usque III. progredietur. *Secunda* ab Henrico IV. initium capiens, ad Henrici VII. tempora deducetur. *Tertia* in Friderico III. pacifico terminabitur. *Quarta* Maximilianum I. & Successores usque ad Maximilianum II. considerabit. *Quinta* a Rudolpho II. ad initia Ferdinandi III. protenderetur. *Sexta* à Pace Westphalica usque ad nos. Rationes vero sunt, cur ita

distinguamus, cum in singulis sectionibus, rem pene in eodem Statu mansisse, certissimus.

§. 6.

In *I. Periodo*, Regna diversa, earum provinciarum quarumque singularia iura, cernere datur. LEGES SAEVICAS, RUPUARIAS, BURGUNDIONUM, SAXONUM, FRISIORUM, ALEMANNORUM, ac BAIUARIORUM per Carolum M. emendatas, in illis Francico Imperio subjectis, olim Romanis regionibus, deprehendimus, ubi legum electio erat recepta. Non adeo multa in illis, quae ad Statum publicum faciant. Francia contra Moena & Ratisbona, nec non Saxoniae & Slavicae terrae limite terminata, suis unice Consuetudinibus, & publicis, & privatis, relicta. Saxonia cis Visurgim, non minus scriptam nullam legem agnovit. Pauca quae de illis regionibus scire datur, CAPITULA ad partes Germaniae Francicae, & Saxoniam missa produnt, de criminibus, re sacra, & Comitum ac Missorum negotiis, ut plurimum agentia. Otium vero nobis in Franco-Germanicis quodammodo hic fecit HERTIUS, (a) in Longobardicis vero MURATORIUS, (b) & duo tantum regna erant discreta, licet instituta Germaniae magnae & Franciae Occidentalis, non satis dici possent paria. Notandum hic, duo regna, nimirum Francicum, & Longobardicum separata, mansisse, Pontifici & Romae particulares Leges, se-

(b) Egregia illa, & ad Statum publicum privataque faciente *praefatione* ornata, quae lecta dignissima.

§. 5. (a) Hic enim eas una cum insignibus, quasi novisset, dedit. Secutus in eo CHRONICON COLONIENSE VETUS & SCHEDELIUM, quae Opera ad exemplum BOTOONIS, in Chronico picturato, cuncta insignia ita habebant in numerato, ac si ad sua spectarent tempora, aut vero omnis ipsis exhausta esset antiquitas.

§. 6. (a) In Volumine II. Comment. de Notitia regni Francorum veteris, et variis aliis scriptis, (b) Tomis VI. Antiquitatum, ubi cuncta Francorum temporum, simul pererrat Italiae Acta.

parata

pareta pacta contigisse; nondum satis plana reddita, Saxones Francs junctos, sed salvis Legibus, Franciam Germanicam fuisse a reliqua quodammodo separatam, generali tamen nomine ei computatam; usque ad divisionem post Ludovicum Pium, Provinciis omnibus suam mansisse formam, Regem vero totam Franciam & Saxoniam in Dioeceses descripsisse, & de caetero, prout fortuna favebat, aut Pontifice adjutore, plus aut minus addicte gubernasse; Regnum etiam ad posteros transtulisse, utpote quibus simul juratum.

§. 7.

Consideranda sub Carolo & Ludovico Pio, etiam Consultationis ratio in Comitibus & extra illa, nec non ordo Palatii & Capellae Regiae, diu postea superstes. Totam Palatii directionem, cui Archi-Capellanus in Sacris, Comes Palatii in profanis praerant, ADELARDUS descripsit, cujus curae ad nos non pervenerunt, (a) Inde vero sua depromsit, & varia alia admisit sibi debita HINC MARUS, totum Palatii ordinem exhibentia, sed summa brevitate; multa etiam nobis scitu necessaria, ut suo tempore satis nota, omittentia. Ad Graecorum morem ut plurimum res composita, nonnullis tamen patriis admixtis. Et perduravit hic mos postea, usque ad sequiora tempora. (b)

§. 7. (a) Legit tamen illius opusculi in membrana hunc titulum *Marq. FREDERUS Ep. ad Goldastum 104. in calce edit. Thulemar. Ordo Palatii, & Reipublicae dispositio, qui sub Imperatoribus Pipino & Carolo Francorum gerebatur, per Adalardum Venerabilem Abbatem literis commendatus, ad memoriam & instructionem futurorum.* Pluribus vero de Adelardo HAHN in observ. Iur. Publ. §. 1. cum cit.

(b) Extat Tr. HINC MARIUM in Operibus illius, Paris. 1645. fol. Tomis II. editis, tum apud GOLDASTUM in Operibus Constitutionum & alibi.

(c) In nova Scriptorum Galliae BUCQUETI Collectione Tomo IV. & separatim a Lambecio hic in fol. 1680. editus, quae editio rarissima, ac valde à Gretseriana, quam Bucquetus secutus est, differt. Legis eundem in Operibus Gretseri, ac Conciliorum Tomis. Contulit utramque editionem MURATORIUS in Italicis Tomo III. Parte 2.

S. BONIFACII Epistolae, quo pacto Ecclesiastica Germaniae composita; LUPUS SERVATUS in Epistolis varia singularia, AGOBARDUS autem in Opusculis, multa ad Iura publica spectantia tradunt. Codex autem *Epistolaris Caroli M.* quid inter eum, & Pontificem, ad Hierarchiam spectans actum, affatim tradit, (c) lectu dignissimus. Potestas vero Caroli in Sacris & profanis amplissima, quam etiam Successores conservarunt. Pactus itidem de Imperio cum Graecis, & limitem Venetum rexit.

§. 8.

Designatio Successoris, eo tempore tractata, divisio Regnorum inter filios Ludovici Pii, hujus depositio ab Imperio, divisio Regnorum post illius fata facta; limites Germaniae illic constitutus, notari omnino merentur. Succedit nova regnorum divisio, post mortem Lotharii Junioris, Pii nepotis, cum causis, quare quisque Regum, & Franciae Gallicae, & Germanicae, sibi totum vindicare voluerit. Inde nova divisio, quae Ludovici II. Germanici, secunda, in Galliam irruptione, turbata, novo, & multis annis constanti, Germaniae limiti, causam dedit. Nec negligendae Procerum Franco-Galliae admonitiones, Ludovico II. factae, & Iura Procerum, in Regum diffidiis. Nec inter

haec tempora, Caroli Calvi Francogalli, in Italiam expeditio negligenda, cum Iure Carolomanni in Italiam. Carolus inde Crassus, expeditio illius Romana, cum Constitutione, quae ipsius esse dicitur, notatis simul, Regiorum liberorum naturalium, exemplo Arnulphi, compendiis, succedunt. Hujus Caroli tutela Franco-Gallica fructuaria, Imperium Romanum, depositio à regno, Arnulphi successio, & pacta cum Franco-Gallis, examen merentur. Vxorum Regiarum Iura, cum iudicio in illas, itidem Caroli Crassi Regnum trutinare attinet. Arnulphi Imperium Romanum, & in naturalem Ratoldum ac Zwentiboldum liberalitas, cum hujus Iure Regio, praeter alia ruminanda; nec non dicti Zwentiboldi potestas, nexus cum Germania, successio.

§. 9.

Separatae rationes Italiae à Germania, conservato forte limite, Ludovico Infante, & Conrado I. imperantibus, autoritas ejus in Sacris, Pax publica statuta, cum Iudiciis criminum capitis in Status, diligentem requirunt indagatorem. Limes Germaniae versus Occidentem per Gallos, versus orientem per Hunnos turbatus, tributa iis pensitata, & Ius Francorum Regem, constituendi, hucusque non satis expensa. Est vero hic etiam illud tempus, quo à nonnullis, Germaniae Principes, sui Iuris facti esse dicuntur. MON-

ZAMBANI, COCCEI & LUDEWIGII hic hariolationes lustras, quibus se opposuit GUNDLINGIUS. Ego vero cum sciam, Regnum Francorum fuisse Conrado I. imperante, (a) & eos qui Conrado se opposuerunt, (cujus rei causa, hucusque ignoratur,) ad obsequium rediisse, (b) Arnulphum autem Bojum expulsam, (c) Conradum etiam nostrum Iure quodammodo sanguinis successisse, (d) non video, cur Gundlingio accedere, recusare queam.

§. 10.

Sub Henrico I. Electio ad regnum, ex dispositione Conradi, pacta Bonnensia cum Gallofrancis de Lotharingia & limitis relictio, eorum etiam in Regnum nostrum Praetensiones definitae. Itidem sub Ottone I. & II. Tandem Henricus II. cuncta cum Roberto Rege, Evosii (Yvris in ducatu Luxemburgico) composuisse videtur, modo stabili, extinctis Regibus Carolingicis. Sub *Ottobus* rite electis, quorum Imperio, Germania multis *Saxonia* dicta fuit, rediit ad Germanos, Italia cum Romano Imperio, subjectae regno Germanico, Marchiae Italiae, & Germanico Iure censae, id quod diu duravit, & quodammodo adhuc durat, determinata Regia in Romam, & circa electionem Pontificis, potestas, una cum patrimonii Pontificii modulo, condita itidem alia pacta cum Italis. Graecorum auditae in Romanum Imperium Italicum

§. 9. (a) Quin & diu postea. SPEC. SUEV. c. 106. §. 1. ap. *Schilt.* SPEC. SAX. L. III. art. 54. ubi *Glossa* dulces naenias modulatur. GUNDLINGIAN. P. XVI. p. 152. 159. von *Der Franken Erb- und Wahlreich.*

(b) LUITPRAND. LII. C. 7. p. 105. CHRONOGR. SAXO ad an. 914. p. 150. ALBERIGUS Mon. Trium font. p. 253. CHRON. LUNAE. p. 1328. GUNDLING. in Henr. Auc. §. 12. p. 61.

(c) CONTIN. REGIN. ad an. 917. ANNAL. SAXO. ad an. 917. ALB. STAD. Ibidem.

(d) GEBHARDI *Historisch-Genalogischer Abhandlungen* C. IV. p. 192. 199. & *Selec. meor. Temp III. de orig. & stirpe Lud. Barbati* C. VIII. §. 4.

praesentiones, non rite satis compositae. Ottonis III. cogitationes de restaurando Imperio Romano. Ei Constitutio Electorum ab aliquibus tributa, & praecise Constitutionis annus CIOIV. signatus. *Conradi II.* electio turbida. Magis adhuc in Italia, ubi novorum Electorum, Canonico-rum Mediolanensium mentio. Expeditio Romana. Ejus tempore Germania iterum *Francia*, Illius Leges Publicae in Italia & Germania, praecipue de Feudis. Codex Legum, *Caesareus* dictus, postea inde confectus. Forma legum & expeditio, tum usitata, pacta repetita, de Burgundia, Imperio asserenda, quae etiam hinc Henrico III. contigit, & cum Imperio concrevit, licet separatus Cancellarius, & separatae aliquando Coronationes. Saxoniae status sub Henrico III. praecipue etiam perpendendus, & novae Civitates Regiae illic cum castris collocatae. Henrici III. autoritas in Italia, & in Pontifices. Ejus regimen in Germania videtur satis violentum fuisse.

§. II.

Periodo II. occurrit tutela Regia Henrici IV. materna, a Principibus contracta. Forma Germaniae sub minoritate. Confirmatio Pontificis Regia labefactata. Pontificum contra potestas aucta, in Regem ipsum, ejusque coronam extensa, ad depositionem usque. Comitiorum & Statuum majorum in illis Ius. Novae leges de electione Regia in Comitibus Forchheimensibus. Iudicium Comitiorum de controversiis inter Reges & Reginas, Reges & liberos regios. Status Italiae per Mathildem turbatus. Potestas summa Cancellariorum regni, & officiorum regni summorum, Palatinorum. Iura Statuum mi-

norum in Comitibus & extra illa. Pax publica *Henrici IV. & V.* Lites de investituris Episcoporum, & huic Iuri a Regibus facta renunciatio. Verus status hujus controversiae. Iura Regia circa Sacra, aut non oppugnata, aut ex transactione cum Pontifice etiam retenta. Origo primariorum precum Regiarum ad Capitula. Quaestio de alodio Mathildis, sequiorum plurimum litigiorum fomes. Etiam de patrimonio Regis, sine liberis decedentis, privato, de Vidualitio Reginarum, & actis, Regis mortui confirmandis, nec non Vicariatu per omnia Regna cogitandum.

§. 12.

Rerum agendarum ordo, hoc tempore, durantibus Comitibus, & extra illa, in Palatio, talis, ut penes Archi-Cancellarios & Praefectos aulae regiae, summa rerum, cum Ecclesiasticarum, tum Civilium, pro cujusque conditione, sub Regis directione resideret. Speciatim de Archi Episcopo Colonensi, & Cancellaria Italica. Consilium Principum Palatinorum praesentium necessarium. Expeditionum negotiorum mos diversus, in Germania & Italia. Legum regiarum promulgandarum ratio. Edictorum Regiorum & Iudiciorum vis. Defensores potestatis regiae contra Pontifices. Iuris Consultorum, qui pro utraque parte scripserunt, ex GOLDASTINA & GRETSERIANA Collectione, ac aliunde, recensus. Canones & Iuris Civilis Iustiniani libri, in his controversiis allegati. Mutationes sententiarum de Iure publico, à studio Iuris Civilis Iustiniani, ipsis libris Iustiniani dato, & Collectionibus Decretorum Ecclesiasticorum amplioribus. De PETRI DAMIANI & LANFRANCI *Papae* auctori-

tate. ALEXANDER II. GREGORIUS VII. & Successores summi Iuris-Consulti. Iuris-Consulti in Curia Regia.

§. 13.

Electio Lotharii II. consideranda. Num is in Italia III. & quare dictus? De Iure illius in Italiam. De Coronatione Romana. De potestate in Apuliam. De reintegratione investiturarum Regiarum Episcopaliū plenaria, per eum quaesita, & non obtenta. De Iure descendentiū a feminis stirpis regiae ad Imperium. Conradus Dux Sueviae Vexillifer Imperii, & forte Vicarius. Leges Lotharii Civiles & Feudales. Reginarum in Imperio regimen. Episcoporum & magnorum Ductum Iura in suis regionibus. Potestas Statuum Provincialium in univēsum. *Conradi III.* successio, partim a pactis, partim ab electione. Ejus omnimoda Italiae possessio. Pacta cum Pontifice & Capitulationes. Limes sub eo Imperii. Directio Cancellariae regiae, Regesta Imperialia, imprimis WIBALDINUS Codex. Chronica aulae regiae. Libri Legum publicarum. Confirmationes privilegiorum. Observantiae autem singularis in hoc aevo specimen praebebit charta Henrici Regis, Conradi III. filii, anno CIO CXLVIII, quam ut parum notam in margine exscribemus. (a) Videtur etiam sub Conrado III. antiqua illa de titulo Imperatoris, eum Graecis, lis fuisse composita, nimirum postea contentio illa plane subsedit.

§. 13. (a) Apud MARTENE Collect. amplif. T. II. p. 268. sqq. ubi. *Morem regni nobis a Deo collari, vestram prudentiam ignorare non credimus, in eo videlicet, quod MOGUNTINUS ARCHI-EPISCOPUS ex antiquo suae Ecclesiae dignitatis privilegio, sub absentia Principis, custos regni & Procurator esse dinoscitur, quae praeceptorum Instituta Regum, Gloriosus genitor noster in caeteris secutus, nostram auctoritatem & regni Gubernationem reverendo patri nostro Moguntio Archiepiscopo, omnium Principum favente consuetudine, magna cum assensu commisit.*

§. 14.

Friderici I. Electio Francofurtensis, ac Coronatio Aquensis. Illius Expositio Romana ac expressa, Constitutionis de illa, quae Caroli Crassi dicitur, confirmatio. Capitulatio cum Pontifice Eugenio III. & lites. Iura in Italia, & Leges tam Civiles quam Feudales. Sub eo & Successoribus Germania ALEMANNIA ab Italis & Gallis, nec non stylo exterorum Latino-Barbaro, ubique vocari coepit. Ab illo tempore ducenda omnis, quae sequioribus temporibus adducitur, Imperii *Observantia*. Iura Regalia & alia in Lombardia. Pacta Friderici cum Graecis & Gallofrancis. Studium Iuris Romani promovendi & bonarum litterarum. Mutationes inde in statu publico Italiae. Pacta cum Alexandro III. & Guilielmo Siculo. Pax publica in Germania & Italia. Iura in Romam. Regimen Italiae per Episcopos. Pax Constantiae. Iuramenta pro Rege & filiius ejus. Expositio illius cruciata, & de Iure eam indicendi. Regimen Henrici VI. in Regem adficti vivente patre, eo absente. destructio Guelphicae, & accisio potestatis Episcoporum in Germania. Iura reddituum regiorum, interque eos, manus Regiae, defuncto Episcopo, & spoliū. Acquisitiones Friderici diversae, pro Imperio & gente.

§. 15.

Henrici VI. Imperium. Electio, Coronatio. Pacta cum Pontifice. Apanagia

Fratrum & Philippi Ducatus Thufciae. Amor summus in illo Romani Iuris. Patrimonium Mathildis contra Pontificem defensum. Pacta cum Pontifice. Pax Constantiae & Observantia, norma Iuris Imperii in Italia. Pacta cum Guelphis. Iuramenta ejus filio praestita. Cur deinde non servata? Cogitatio de Imperio Constantinopolitano, suo jungendo. Vicariatus & summa Dicastria in Italia & Germania. Pacta cum Gallis. Testamentum de rebus Imperii. Philippi & Ottonis Electio per Principes Regni, praetaxatione praevia. Pacta cum Pontificibus. Renunciatio Iuris spoli. Appellationes Romam versus concessae à Germania. Patrimonium Mathildis derelictum. Iudiciorum Regiorum habitus. Iura Regni ex Romano Iure defensa. Iura in Italia exercita. Finium Imperii causa cum Gallis & Pontifice, ob Apuliam ac Neapolim, Ottonis contentio. Depositio Ottonis. Regesta Regia Diplomatum, Historiarum, Legum. Cancellarii omnes Iuris-Consulti, & Cancellariae Regiae status.

§. 16.

Electio Friderici II. Depositio, Anticaesarum constitutio, per Officiales regni. Modus eligendi. Pacta cum Pontifice. Separatae prius Confirmationes illorum per Principes. Autoritas in Italia. Observatio pacis Constantiae & confirmatio. Ius in Romam amissum. Codices Legum Feudalium, Authenticarum insertio. Codices Legum Germanicarum Civilium, quibus Publica Iura etiam illata. Iudicia Curiae Italiae & Germanica. Iurisdictio

Regum suprema; adscitis Principibus; & Iuris-Consultis. Constitutiones de Iuribus Principum, cum Ecclesiasticorum tum Secularium. Constitutiones de libertate Ecclesiastica & haereticis, de Pace etiam Publica, teloneis, Curia Imperiali Iudiciaria, Comitibus varia & Praedeliberationes. Henrici Regis VII. dicti regimen Vicariale. Crimen in patrem. Iudicium in eum exercitum. Captivitas, destitutio. Iura filiorum naturalium Regiorum. Henrici & Wilhelmi antiregum Electio. Iura in Italia. Pacta cum Pontifice. Wilhelmi Pax Publica CIO CCLV. Friderici II. testamentum. Conradi IV. Electio. Iura in Italia exercita. Richardi electio & derelictio Imperii. Lites inter eum & Alphonsum de Electione, coram Pontifice. Privilegia unius & alterius in Germania ac Italia, plerumque postea servata.

§. 17.

Cancellariae Regiae status ille qui ante hac. Archicancellariorum Iura. Expeditiones. Moguntino ut Cancellario subiecti Iudaei, Rege absente. Iura Moguntini in Ecclesia Germanica praecipua. Omnia administrata per Iuris peritos quoad Expeditiones. Linguae Germanicae, in Chartis publicis ac expeditionibus, usus haec notus. (a) Regesta Imperatorum apud PETRUM DE VINEIS & PETRUM DE PRECIO aliosve. De controversiis Iuris Publici consulti Principes, & ejus doctrinas propagarunt Iuris-Consulti Italiae, in libris suis, praecipue Henricus de SEBUSIO Hostiensis Cardinalis, (b) & autores in Codicem ac Feuda illius

§. 17. (a) SCHERZII Praef. ad T. II. Anecd. Schilter. & BEYSCHLAG speciali libro de Rec. Imp. 1236. condito. GODEFRID. Colon. ap. Freher. ad an. 1235. SENCKENBERG Tomo III. Act. Societ. Goetting. Et dicta obiter in Meibodo.

(b) Vide e. g. illum de poenit. & remissione. n. 35. sqq. p. 1426. sqq. ubi multa ad Ius Publici.

temporis. Hi Friderico I. & Henrico VI. Bononiae de Iure responderunt. Ab his dominium Orbis Friderici I. & II. (c) Conducat Germano Iuris Publici studioso legisse eorum Opera & Vitas. (d) Vt vero specimen aliquod Iuris Publici illius temporis videas, dabo Imperialis Iuris do-

ctrinam, ex antiquissimo Commentatore *Iacobo ab ARDIZONE*, Azonis Glossatoris discipulo, adeoque temporis Friderici II. scriptore, quia longiuscula est, in margine, (e) discas tamen ex hoc loco non pauca.

cum spectantia, inprimis de Capellis Regiis & Ordinibus in Imperio receptis, Regum, Ducum, Marchionum, &c. Nec alia cumulo.

(c) Conf. BUDER. de fatis Iur. Publ. in Academiis, Opusc. p. 646. sqq.

(d) Commendamus PANGIROLI & FICHARDI de Vitis Ictorum Operas. Nec non CALENDARIUM Bononiensis excerpta apud Sigonium, Operum Tomo III.

(e) Ab ARDIZONE Summa Iur. Feud. P. I. Princ. P. III. f. 181. sq. ita. *Item Imperator non transmittit Imperium ad haeredes per successionem, quia defertur electione, & non successione, ut in Tit. Extra de Aedil. & elect. po. c. venerabilem. §. insuper si praedictis, & in Tit. extra de po. c. accepimus. Et a Deo hominibus mittitur, ut C. de Ver. Iur. enu. l. ij. §. quia vero Imperialem & L. j. in princ. in Ausben. de fide instru. §. ij. in Ausben. consti. quae de digni. §. penul. in fi. in Ausben. in medio litis non feri sac. jus, §. j. in Ausben. de Consulibus in fi. & ab ipso Imperialis Corona imponitur, ut in Ausben. de moderazione Hellesponti §. banc, Et dicitur Imperialis fortuna in Ausben. de Consulib. in fi. C. de Iure veteri enucl. l. quia vero Imperialem. Imperium tamen semper dicitur esse (ut in Ausben. quomodo oportet. Episcopus, §. quae igitur) & in numero Senatorum connumeratur, ut C. de digni. l. jus Senatorum: quia Senatores sunt pars Corporis Principis, ut C. ad l. Iul. Maie. l. quisquis in prin. Et Iure Imperatoris non usitur, nisi susceperit Insulam Imperialem, (ut C. de quadri. p. l. ult. in fi. in Ausben. de Consulib. in fi.) q. a Deo imponitur, ut in Ausben. de moderazione Hellesponti §. banc: Vnde videtur quod ad posteros haeredes non transmittat. arg. C. de adv. diver. in l. petitionem. Nam & Episcopus eligitur, in Ausben. de Sanctis Episc. §. j. ij & iij & omnis dignitas & officium, ut ff. de decre. ab ordi. fa. l. j. & ut notavi in Summa C. de decurio §. sexto. Nam & Praefes creatur ab ordine & in ordine eorum remanet, (ut ff. quando ep. fis. L. j. §. solens in su.) & ita potest dici de Principe, ut eligatur à Senatu ut arg. C. de offic. praefec. L. ij. ut hodie a Principibus eliguntur vel suffragio populi, ut in iustiu. de Iur. na. §. sed qd. Principi. arg. ff. de offic. quaesto. l. j. Si d. videtur quod ipse Princeps potuerit olim sibi eligere Successorem, ut in decretis distin. LXij. c. in Synodo congregata, & in decre. XXIij. distin. c. In nomine Domini in medio. Sed hodie QUIDAM PRINCIPES ELIGUNT IMPERATOREM, qui potestatem eligendi AB APOSTOLICA SEDE acceperunt, sed examinatio, Promotio, Vudtio, consecratio, coronatio & manus impositio ad Dominum Papam spectant, ut in Tit. extra de Electione & Electi po. c. venerabilem §. primo & secundo Vnde & dominus Papa ex causa poterit ipsum DE PONENTE, ut in Ausben. de defen. Civi. §. non habente, ut in tit. de sac. & for. fide. c. fidelitatis &c. Alius item Romanus & arg. ff. de Regn. Iur. L. ejus est nolle. argum. C. de offi. praefec. praec. l. §. quos in Ausben. de man. prin. §. festinabis in Lombar. de offic. Iudi. L. fi. Quod successione defertur, est argu. C. de fun. patri l. bi quibus, in Insti. de don. §. sed primus quidem in Ausben. ut defunc. seu fuis. §. si vero etiam quodam. Nam & Imperator Carolus fuit Pater Pipini Imperatoris, Pipinus Imperator fuit Pater alterius Caroli Imperatoris, & iste Carolus fuit Pater Ludovici Imperatoris & Ludovicus fuit Pater Lotbarii Imperatoris, ut in Lombar. de fur. l. si cuiuslibet, & ritu. de Episcopis & Cleri. l. & hoc, & l. ut ibi tempore, & de Capitulis pro lege tenendis, L. prima. Nam & Imperator FREDERICUS videtur innuere in ritu. de Pace Constantiae, in §. in Civitate illa, in fi. §. quod potest CONCEDERE REGNUM EIUS FILIO HENRICO & quod ejus filia in regno eidem succedat, sicut & de facto, & iste nunc FREDERICUS ROGERIUS IMPERATOR fuit filius Henrici: sed ut dicas quod hoc contingit potius ELECTIONE PRINCIPUM quam successione.*

§. 18.

Interregnum, quod vocamus, inde sollicita cura trutinandum, videndum etiam an verum adfuerit. A nonnullis enim id negatur. *Pontifex* per Italiam Imperii Vicarius, & summa potestate. Vicarius sub illo & Vexillifer Imperii *Carolus* Andegavensis, qui simul Senator Romanus. *Vicarii* in Imperio citra montes, aut Germaniae, diversi. Officiales forte regni omnes simul. Fons creditur *Interregnum* Diffidationum, Auftraegarum, Teloneorum, Ligarum civitatum, foederis Hanseatici. Quam ex vero videndum. Bona Imperii misere habita, a variis usurpata, & trutinandum quo titulo. Revocatio usurpationum per *Rudolphum I.* Iudicio Principum. Deliberationes de nova Electione variae.

§. 19.

Electio *Rudolphi*. Qualis illius habitus? Iura Electorum definita. Capitulatio. Cessio ingens bonorum Imperii Electoribus facta. Imperium in Italiam. Pacta cum Pontifice ab Electoribus singulis confirmata. Extorsio Pontificia Romandiolae. Iuramentum. Dispensatio ab itinere Italico. Collectae pro terra S. Commissarii per Italiam. Pax publica, Leges. Pacta cum Gallis & Burgundis. Translatio Ducatus Austriae ab Imperii, cui subfuerat potestate, in filios. Vfus sub eo linguae Germanicae in actis Publicis, an forte legalis? Sub eo varia de feudis Imperii in Germania definita. *Adolphi* breve Im-

perium. Electio. Capitulationis species. Depositionis ratio. A Pontifice approbatus esse videtur. Dispersio sub eo, bonorum Imperii. Favor in propinquos. Vidualitium conjugis *Rudolphi* & *Adolphi*, nullum ex bonis Imperii. *Alberti I.* Electio duplex & pacta cum Electoribus. Revocatio donationum veterum. Ejus & antecessorum ac Successorum primae preces. Prima *Norimbergae* Comitia. Constitutio Pacis Publicae. Litigia cum Pontifice & Pacta. Constitutiones pro *Spira* ob requiem antecessorum. Autoritas & Vicarii per Italiam. Eam non intrare pacto obligatus. Transactio cum Rege *Gallo-Franciae*, de finibus Imperii aliisque.

§. 20.

Cancellaria & Iuris dictio recta uti antehac. *Moguntini* Electoris in ea summa autoritas. Labores Cancellariae. Codices Regestorum *Rudolphi I.* & *Alberti*, ex relatu *LAMBECII* in Bibliotheca Caesarea. Partim editi. Archivia diligentius condi servarique coepta. Ius Publicum docebant Doctores Itali, ut plurimum *Bononiae*, in lectionibus suis ad Codicem & *Pandectas*. *ANONYMI* liber de Regimine Principum, (a) Italiae debetur. Vbi multa de Iuribus Imperialibus. Egregia in illo Iuris Publici specimina, & doctior inde quivis recedet. (b) Quin sine eo multa illorum temporum minus rite noscuntur. *ENGELBERTUS* etiam *Admontensis Rudolphi I. Capellanus*, de ortu & fine *Romani Imperii Tractatum Phi-*

§. 20. (a) Hic liber varie editus & Operibus *D. THOMAE AQUINATIS* etiam additus, huic alius adscribi solet, sed perperam, cum meae Edit. p. 208. ab *Ottone III.* 270. annos numeret, p. 213. *scorum Alberti I.* mentionem habeat. Dubitavit ideo hac de re *HANN* in *Singul. Iur. P.* §. 2. *WENCKERUS* vero selector. *Archiv. & Cancellar. Iurium* p. 544. cum *Andreas WALLENSI* tribuit. Sed 1497. sub nomine *AEGIDII D. Thomae discipuli impressus* est, teste *KINDERVATER* de *Biblioth. Northus.* p. 35. ubi habetur editio.

(b) Vide *Lib. III. cap. 10. 19. 20. 21. L. IV. c. 2. 8. 16. sqq.*

lofophicum, ut vocat, dedit; cujus itidem de Regimine Principum Opus, & varia alia extant. (c) Habet vero Bohemia id, quod in Germania hoc tempore haud quaesiviffem, nimirum *Victorini DE WESCHERD* Opus de Iure & privilegiis ac praerogativis Coronae Bohemicae, lingua Slavica conſcriptum 1290. tempore *Wenceslai II.* (d) Lepida eſt Historia quae ad Iuris Publici huius temporis doctrinam pertinet, ubi *Albertus I.* Iudaeos omnes in Regno Galliae, ut ſervos Camerae Imperialis ſibi vindicavit, *Philippus* vero Galliae Rex, a Iuris-Confultis ſuis, quos conſuluerat, condemnatus, eos Regno expulit, & ad eorum Dominum Imperatorem, ablatiſ omnibus, communicare juſſit. (e) Inde vero plura iudicabis.

§. 21.

Periodo III. Henricum VII. in fronte invenies, ejus electionem & confirmationem Pontificiam, jam ab *Ottone IV.* inde uſque receptam, cum Iuramento, Pontifici praefito, conſiderabis. Conſervationem autem bonorum Imperii, ab eo omni modo factam, & Pacis Publicae tutelam exoſculabere. Iura ille Imperii in

Italia reſtituit, Coronam Longobardicam & Romanam tulit, cum Longobardis & Thuſcis, Florentinis praecipue, bellum geſſit, Conſtitutionem de Iuribus *Majeſtatis* conſlavit, perductionis criminis vindictas varias exercuit, etiam in *Robertum Neapoleos Regem*. Poſt ejus fata verò cuncta fere à Pontifice, tum rurfus Imperii Vicario, irrita reddita. Duravit verò dictus Pontificis in Italia Vicariatus, ad annum uſque *CIOCCCXLVIII.* Cura ſub eo Cancellariae uti prius. Iudicia & negotia publica illiſ Iuris-Confultis concedita. Hi *Periti Palatii Regii*, ſine quorum Conſilio nihil actum, (a) & ejus Frater *Balduinus Trævirenfis*, iis in palatio ſuo eodem utebatur modo. (b) Non mirum ergo, ſi hoc aevo, Publicis, ſua Scripta reſperferunt *ICTI*, inter quos eminet *SPECULATOR*, qui de donationibus, inprimis Pontificibus factis, & *Romandiola* translata, pluribus agit. (c) *BERNARDUS* etiam aliquis, qui de Romano Imperio ſcripſerit, refertur. (d) Et *Iuris-Confulti*, Bononienses inprimis, hic ſe praebent copioſiſſimos, apud Italos. (e) Eorum vero placita, in omnes Conſtitutiones Italicas dimanarunt.

(c) Prius apud *CLUTENIUM* & *GOLDASTUM* in Monarch. poſterius Ratiſbonae ſine anno in 4. editum. *PEZIUS* de eo multa in Anecd. .

(d) Eſt *MSCRUS* penes quendam Illuſtriſſ. Comitum Bohemicum 300. circiter foliorum. Sed ad tempora *Wladislai II.* id eſt finem ſeculi XV. fere pertinere. Maxime tamen eſſe egregium.

(e) *Ottocarus* ab *HORNECK*. Chr. Auſtr. C. 779. ſqq. late apud *PEZIUM* T. III. Auſtriorum.

§. 21. (a) *MUSSATUS* & *BOTRONTIN.* apud *REUBER.* *MURATOR.* & *BALUZIVM.* in primo p. 788. 789. 804. 815. 821. 823. 831. 858. 879. 928. 930.

(b) *VITA BALDUINI* ap. *BALUZIVM* & ex eo *Reuber* l. c. p. 963.

(c) Ita e. g. L. 2. Parte 1. de Reſcriptis §. 9. n. 18. ſqq. p. 72. de *Rudolphi I.* Conſeſſione jam tam dubitatum notat. Et aliquid ubique.

(d) In Biblioth. Vat. Signat. 2043. *ODERIO.* *RAYNALD.* Cont. Annal. Baron. a. 1313. §. 24. p. 9. Tom. I.

(e) In *Repetit.* l. deprecatio v. ad L. Rhod. de jactu, & ad tit. de Conſtitut. Principum. Nec non in *Lexicis* & ad *Codicem.*

§. 22.

§. 22.

Electio discors *Frider. & Ludov. IV.* multas quaestiones de Iure majoris partis inter Electores produxit. Capitulationes separatae. Pontificis Confirmatio utrinque anxie quaesita, nec obtenta. Renunciatio *Friderici*, aut Corregimen post dimissionem. Vicariatus Pontificis durans. Turbae in Italia. Depositio Imperatoris, & ab hoc tentata Pontificis. Tractatus inter Imperatorem & Pontifices. Revocatio Donationum Imperatorum antecedentium. Iurisdictio in Sacris & eo spectantibus. Lites de Iuribus Advocatae Romanae Imperialis. Electionis Iura stabilita Legibus Publicis Germanorum, an. C15CCC-XXXVII. sqq. Coronationes Germanica, Longobardica, Romana. Dissidia Gibellinorum & Guelforum. Vicariatus per Italiam Imperiales. Pax publica in Germania. Leges Politicae de Pfalburgeris & aliae. Vicariatus in absentia, & Vicariatus per Belgium. Successionum ordo sub eo reclusus. Dilapidatio bonorum Imperii, & cura augendi patrimonii privati. Aquilae bicipitis usus, nec constans nec novus. (a) Qualis vero tum Imperatorum, de Iure suo in bona Imperii, *ex Observantia Regni Germanici* aestimatio, docebunt litterae *Ludovici IV.* quod sciam anecdotae, ubi filias ex bonis Imperii se dotare posse existimat, in primis vero

Mechtildi, Friderici Misnensis thori sociae, ex iisdem X. Millia Marcarum argenti assignat, civitatibus *Muhlhusa & Northusa* pignori suppositis, uti latius ex N. I. II. III. patebit. Qualis vero rei hujus exitus fuerit, Historici Saxoniae doceant. Nec ero hic longior, hisce monumentis magni usus eruditus subvenisse, cum singula pari modo illustrare liceret, si id hic locus ferret, speciminis in modum factis habens.

§. 23.

Comitalia & facies Cancellariae non mutata. Iurisdictio eadem. Iudiciorum Westphallicorum vis. Iudicia Pacis. Iudicia Imperialia Provincialia. Regesta *Ludovici MSt.* Is ope Iuris-Consultorum ut plurimum dignitatem suam defendit, argumentis e Iure Romano *Iustiniani* potissimum contextis. Defensores Imperatoris *MARSILIUS PATAVINUS, DANTE ALIGHIERIUS Florentinus, GUILIELMUS OCCAM, Ulrichus HANGENOR, ANDREAS Laudensis, IOANNES Gaudunensis, MICHAEL Caesenas, BONAGRATIA*, & reliqui omnes Iuris-Consulti. (a) Praecipue vero Germanis commendandus *LUPOLDUS de Bebenburg* Episcopus Bambergensis, in scriptis de Iuribus regni & Imperii Romanorum, (b) ut & de Zelo Germ. Principum erga Religionem. Quo vero discas Iuris Phi-

§. 22. (a) Confer. AUT. Disquisit. in Actis Societatis Erud. Goetting. anni MDCCLV. de Sigillis Iudaeorum & usu aquilae bicipitis. Et ab *OHLENSCHLAGER Staats-Geschichte, Urkunden* in Eicone p. 288.

§. 23. (a) Edidit eos in *Monarchia GOLDASTUS*, praecipue Tomo II. aliquos autem *SCHARDIUS Tr. de Iurisdictione*, & aliquos *CLUTENIUS* separatim *Offenbaci 1610. 8.* Iungendus *GRATIUS* in fasciculo rerum expetend. & fugiendarum. Acta apud *RAYNALDUM* in Continuat. Baron. *BZOVIUM* in *Annal.* atque *HERWARTI, GEWOLDI, & BURGUNDII Ludovico IV.* defenso deprehendes.

(b) Emisit eum cum notis *Marquardi FREHERI* satis elegantibus *Massbias Berneggerus Argent. 1621. recus. 1661. lb.* sed ad finem non perductis. Librum de Zelo autem, una cum priore, habes in *GOLDASTI Monarchia.*

Isophiam hoc aeyo receptam, ex libro qui OCCAMO, nescio an ex vero, tribuitur, aliqua dabo, ubi bella satis ratiocinia, de Imperio orbis Imperatorum nostrorum, & oensu inde levando adducuntur. (c) Excerpti possent varia hujusmodi, non melioris notae.

§. 24.

Caroli IV. Electio discors, & Guntheri contraria, pecunia tandem in concordiam ante Guntheri fata redacta, considerari meretur. Pacta cum Electoribus. Confirmatio Pontificia novis remissionibus Iuris Imperialis redempta. Coronationes Germanica, Longobardica Romana, Arelatensis. Vicariatus in Italia & Germania. Subjectio Itolorum ad Imperium pertinentium. Dissipatio Iurium & reddituum Imperii, in Germania & Italia. Pacta cum Gallo - Francis, de rebus Imperii. Leges de libertate Ecclesiastica. Aurea Bulla à solis Electoribus condita, Lex tamen communis, in Comitibus promulgata. Aliae illius Leges, ac decisiones legales. Stadium augendae rei domesticae. Latifundia & Clientelae per Germaniam paratae. Wenceslai Electio. Aquila ejus duplex ante Electionem in Regem Romanorum, Confirmatio Pontificia.

Iura Electorum, cum Regibus nostris praecipua. Nobilitatis antiqua Iura confusa. Nobilitas diplomatica.

§. 25.

Deliberationum Comitialium, Cancellariae & Iudiciorum summorum status non mutatus. Initia privilegiorum de non appellando. Varietas in expeditionibus. Regesta Caroli IV. edita & MSta. Mos publicandi Leges. Consuluit is primus Philosophos ac Historicos, de statu Italiae, & Diplomatum Austriacis Neronis & Iulii Caesaris, imprimis PETRARCHAM, (a) praeter eos vero Italos Iuris-Consultos, BARTOLUM praecipue, cui & privilegia Nobilitatis concessit. (b) Non vero Bartolus autor Aureae Bullae. Iuri Civili itidem, in Publicis, summam auctoritatem esse credidit. (c) Insuper tamen reliquis Germanis & Romano Iuri vacantibus, Publici Iuris scientia adhuc in Principibus residente, Saxoniae Iuris-Consulti patriae studiosi, sibi hoc aeyo, imprimis Publica curae esse ostenderunt. (d) Conscriptus itidem in Germania, ANONYMI liber MS. de Regimine Principum, sermone venaculo, (e) cui insunt aliqua bonae frugis. BARTOLUS quem dixi, Legem Majestatis Henrici VII. ut & insignia il-

(c) *Colloq. inter Clericum & militem apud Gold. & Scharadinus de Iurisdic. p. 79. haec legis: Scis ego super certos agros habeo certum Censusum, sic Imperator super orbem terrarum pro defensione Reipublicae, cum opportunum fuerit, pro arbitrio voluntatis, potest levare tributum. Id autem inde probaverat, quia omnis anima potestatis sublimioribus subdita esse debet.*

§. 25. (a) *Oper. PETRARCHAE P. III. 1032. 1055. 1132. AVENT. Annal. c. 21. §. 9. BOECLER ad Hist. Frid. III. Sylvii p. 526. sqq.*

(b) *BODIN. de Republ. p. 202. sqq. TRITHEM. de Script. Eccles. p. 325. PANCIROLL L. II. c. 29.*

(c) *GLAFEY Anecdor. T. I. p. 352.*

(d) *GRYPHIANDE de Weichbild, c. 44. n. 3. & Acta ex MSS. apud SENCKENBERG de Evocat. p. 1478. sqq.*

(e) *Est in Bibliotheca mea MSC. & alibi. Videtur vero scriptus esse ad Ludovicum Bavarum Imperatorem, aut aliquem illius nominis Bavariae Principem. Habet tamen plura Austriaca quam Bavarica.*

lustravit, variisque in locis apud eum, de Iure Publico & Principum Iuribus aliquid legitur. Nec ALBERICUS de Rosate, & alii, id agere desierunt, ita tamen, ut Imperatorem mundi Dominum, Pontifici subiectum, Italiam liberam, alii contra subditam, magna inter Bartolistas pro Imperio, & BALDISTAS contra illud stantes, contentione dicerent. Quam belle etiam Saxones nostri hanc rem ornarint, ex specimine GLOSSAE in margine adscripto discere. (f) Mille specimina id genus, in Germanicis, Gallicis & Italicis illius aevi Doctoribus legas, imprimis etiam illis, qui in Feuda sunt commentati.

§. 26.

Wenceslaus Italiam quidem rex, sed quodammodo dereliquit. Vicarii Generales. Matricula bonorum Imperii in Thuscia. Ducatus Mediolanensis erectio. Imperium obire negligit. Pacēs Publicae in Germania. Additiones Aureae Bullae. Uniones Electorales passim reuovatae. Vicariatus Sigismundi. Vicariatus Palatinus Wenceslao captivo. Uniones Principum & Civitatum. Foedera Regis cum Principibus aut Civitatibus. Dissidia in Ecclesia, & molimina Imperatoris ac statuum circa illa. Depositio Wenceslai & ejus

causae. Non ubique agnita. Disputationes de Iure. Ruperti Electio & prima Capitulatio solennis. A Pontifice confirmatus. Electus Imperator dictus. Gesta in Italia & Italicorum quorundam agnitio. Pacta cum Venetis. Dissidia Pontificia, & Germanorum circa ea Acta. Pax Publica, Vicariatus, Ordinationes Monetariae.

§. 27.

Hoc aëvo Cancellariae idem Status. Lites Ruperti cum Moguntino, de Cancellariae compendiis, quae hic sibi vindicabat. Iudiciorum Imperii habitus. Regesta Wenceslai MSta. Ruperti partim edita, maximam partem MSta. Primus in Germania Doctor Iuris Publici Collegia praelegens VERTUS de Lampiano. (a) Cuncta Iuris Publici ex Iure Civili & Canonico fere illustrata. Wenceslai cum Bononiensibus, ob destitutionem suam Consultatio. (b) Philippus DE LEYDEN de Cura Reipublicae tractatum dedit, Imperii & provinciarum res illustrantem. (c) Casum, unicum vero tantum, ex multis depromamus, ex quo pateat, quae tum in Iure Publico procedendi forma fuerit. CCCCIII. cum de Wenceslao derelinquendo, juramento obstante

(f) L. III. C. 78. Landr. edit. Zobel. 1583. fol. p. 435. ubi: *Et meinet den Römischen König oder Kayser. Dann wo du im Rechten findest das Wort der König also blos gerod, oder der Fürst: i. e. Princeps, da verstehet man allein den Römischen König. Vt Inst. in proöm. & multis aliis allegatis legibus. Sed cum bonus Glossator verba sequentia: Ein Mann mag auch wol seinem Herrn dem König und auch seinem Richter unrechts widerstehen etc. explicare nesciret, sui oblitus dicit: Hier redet er von sonderlichen Königen, als do ist der voh Behem oder Dennemard und dergleichen. Dann diesen mag man in allen Fällen wol widersieben - aber dem Römischen König mag niemand widerstehen, iterum multis LL. adductis. fol. 436. a. Belle sane, & pro tenebris temporis, cum haec explicata sint admodum facilia.*

§. 27. (a) Ejus Programma apud MADERUM ad Gervas. Tilber. p. 116. sqq. ubi egestia Iuris Publici praecepta. Dedimus illud integrum inter adiuncta Append. III. N. I.

(b) Selector. SENCKENBERG Tom. IV. p. 426. sqq.

(c) Vita ejus describitur in optima Edit. sub. tit. Tractatus Iuridico-Politici curata a Petzold. Amstelod. 1701. 4.

sermo esset. Francofurtenfes ab Argentinensibus petebant **einen Pfaffen der Rechten**, ut cum eo de ratione Iuris consultarent. (d) Hic & alii ex Iure Civili & Canonico responderunt, multis Legibus subnixi. (e) Et satis factum hoc etiam Civitatibus. (f) Ita vero Iuri Civili hic denuo multa permiffa, nec minus Canonico.

§. 28.

Sigismundus in Diffidio electus. Obsidio Francofurti. Ejus coronatio. Comititia. Coronatio Romana. Ei in Italia obsequium praestitum. Comititia in Campis Roncaliis. Vicariatus illius Italicus. Diffidia cum Venetis, & bellum ob bona Imperii occupata. Perpetua fere in iis Comititia. Vicarius Concilii. Vicariatus Germaniae. Defensio Iurisdictionis Imperii contra Concilium Constantiense. Tentata Imperii Reformatio. Leges de Pace Publica. Leges de Expeditionibus generalibus & Matricula scriptae. Societates nobilium illius jussu conditae. Aliae voluntariae. Gravamina Nationis Germanicae contra sedem Romanam. Concordata in Concilio Constantiensi. Pragmatica Basileensis. *Alberti II.* commen-

datio ad Imperium & electio. Pax Publica & descriptio Terrarii in Circulos. Consultatio de recipiendo Concilio Basileensis Placita. Comititia. Diaerae Electorales & earum vis. Pontificis Felicis in Germania agnitio. Iudicium Westphalicum reformatum.

§. 29.

Methodus rerum agendarum in Comititiis, Cancellaria & Iurisdictione qui alias. De Iudicio Principum. Regesta Sigismundi & *Urtheilbuch* MSSa. Distinctio inter Iudicium Curiae Camerae & Iudicium Regis. In Iurisprudencia, occasione Conciliorum, varia litigia, Iura Publica concernentia nata. Pontificis auctoritatem a Concilio generali restringi posse creditum. De Conciliorum nationalium contra auctoritate, dubia mota. Ecclesiarum quarumque & Nationum Iura singularia, expressa a *GERSONE & NICOLAO de Clemaniis*, *PETRO de Alliaco* & variis aliis in Concilio. Acta utriusque Concilii multum Germanicis rebus lucis praebent. Considerandi Viri illustres, qui illic fuerunt, pensitandae sententiae communes, quas inprimis tempore Basileensis *Aeneas SYLVIUS* exponit. (a) *Antonii DER O-*

(d) WENCKER von Registratur und Renovatur p. 60.

(e) LERSNER Chr. Francof. p. 86. T. I. ubi ita: *Item um die vorgeschriebenen Stück und Artikel, sin engliche wisse geleerte grose Pfaffen in den Rechten, die den Stetten wol guts gönnen, by der Stette frunde gewesen, und hand in groser frundschaft ir Meynung gesagt, wie sich die Stette one Straffung irer Eide Selen und Eren, in den Rechten darinnen halten mögen, als sie meyneten daß sie des clerlichen Weissen wallend in bebestlichen und Kayserlichen Rechte, wo man das beschriben fünde.*

(f) OBRECHT Appar. Iur. Publ. p. 706. sqq

§. 29. (a) Acta sane Constantientia *Hermannus VON DER HARDT VI.* Tomis in fol. editis Francof. & Lips. 1700. sqq. valde illustravit, nec non ANONYMUS Vetus & STUMPFIIUS. Sunt illa una cum Basileensibus, in Tomis Conciliorum COLETI, & supplemento LAMII, quod Lucae. V. Tomis in fol. hucusque prodiit. Addendus FLACII Catalogus testium veritatis. Nec non GOLDASTI Monarchia ac Constitutiones, Libri satis noti. Historiae Conciliorum Constantiensis ac Basileensis, & quae iis jungi merentur Pitani, celeberrimi Theologi L'ENFANT, laude sua dignae, sed a Iuris-Consulto quodam Germanico, utriusque Concilii in Germania habiti Acta

SELLIS liber de potestate Imperiali & Papali, pro temporum ratione est eruditus, & omnino legendus Germanis. (b) Horum enim in gratiam tum potissimum conscriptus. Nec alii negligendi, quos GOLDASTUS in Monarchia sua dedit. *Theodorici* etiam DE NIEM ingenium ad haec tempora pertinet, qui in scriptis suis de unitate Ecclesiae, vetera Regum nostrorum cum Pontificibus pacta, & alia antiqua Iura conservavit, ac in aliis etiam, pro virili Iuri Publico profuit. Et is apud GOLDASTUM habetur. (c) Pertinent itidem ex illis, quos ex *Clutenio* dictus *Goldastus* edidit, ad haec fere tempora RADULPHUS DE COLUMNA Canonicus Carnotensis, (d) & Chronica M. IORDANIS, qualiter Romanum Imperium translatum fuit in Germanos. (e) Ex quibus libris non optima quaeque, sed tamen aliqua, usum vel hodie habitura hauriuntur. Nolim multis gravis esse, attamen si Eruditionis in Iure Publico illius temporis specimen pensitare volupe sit, adi CACCIALUPUM, (f) qui BALDI magnam in rebus Imperii peritiam demonstrat, dum in Pacem Constantiae, quam Friderico II. jam excommunicato tribue-

rat, ideo commentatus tantum, quia in Archivio Bononiensi registratam invenerat, non vero quia usus alicujus erat. Poterat ergo commentari in quaslibet quisquillas pariter registratas, & eodem bello modo.

§. 30.

Friderici III. consideranda Electio, Confirmatio Romana, Coronatio Aquensis & Romana, cui tum Longobardica juncta, non sine ignominia gentis nostrae administrata. Iura Imperii in Italiam partim neglecta, partim servata & aucta. Vicarii per Italiam. Pacta cum Arragoniis & Venetis. Munus Ducis exercitus Christianorum contra Turcas in eum collatum. Concilia Germaniae Nationalia ultima, praesente legato Pontificis. De potestate Pontificis in Germania, declarationes Principum. Concordata Nationis Germaniae cum Pontifice, eorum Acta & Explicatio. Dissolutio Concilii Basileensis. Moguntini Archi-Cappellani auctoritas in Sacris Germaniam concernentibus. Leges Friderici de Libertate Ecclesiastica. Ligant eos, qui receperant. Comitibus Generalia, tum Electoralia. Potestas Im-

scribi, & quae desunt addi deberent. Quae Basileensis, in hac urbe scripta servantur Acta, longe editis pleniora sunt. Editione dignissima. Et praesens ea inspexi XII. Tom. folio.

(b) Prodiit sub titulo: Tractatus de potestate Imperatoris & Papae, & an apud Papam sit potestas utriusque Gladii. Et de materia Conciliorum: qui appellatur *Monarchia*. Editus per excellentissimum utriusque Iuris Don. Doctorem Antonium DE ROSELLIS de Aretio, una cum replica inquisitoris Germaniae fratris HENRICI INSTITORIS. Venetiis 1499. fol. & in Monarchia GOLDASTI. Videntur vero fuisse Editiones mea citata anteriores.

(c) Cum reliqua illius satis nota sint, de meritis in Ius Publicum vide SCHILTER Inst. I. P. T. II. p. 98. ut alia non cumulemus.

(d) De translatione Imperii ap. *Clusen* primum editorem p. 263. sqq.

(e) Ibid. p. 264. sqq.

(f) De modo Studendi p. 67. n. 22. ubi de Pace Constantiae: *Baldus etiam solenniter commentatus, reperit in Archivio Bononiensi apparere, dictam pacem registratam, & dicitur conclusa anno Domini CIOCCCLXXXIV. - Haec ideo fecit scribere, quia Baldus in fine dicti Commentarii, dicit illam pacem fuisse factam post depositionem Friderici, (nimirum II.) & tamen concludit, pro lege debere servari, ut ibi videndum.*

peratoris accisa. Tentata, & non nisi auxilio Pii II. evitata destitutio. Distinctio inter bellicas res Imperii & res domesticas. Pax publica & Leges. Summum Imperatoris Praesidium, in foedere Suevico & Civitatibus. Bona Imperii dissipata. Studium ingens pro gente sua. Friderici Palatini contumacia, & adversus illam remedia. Auxilium a Sede Romana. Turbatio quietis publicae per non nullos Principes. Bellum Imperii adversus Carolum Burgundum, & postea Belgas, Turbae in Imperio ante illius obitum. Pax tandem ubique summa, sed infida.

§. 31.

Status Cancellariae non nihil turbatus, per translationem illius & Curiae Imperialis, ad Adolphum Moguntinum. Reliquus illis habitus praecipue ex AENEAE SYLVII Operibus, (quae cuncta revisa & completa denuo edi merentur,) addiscendus. Autoritas Cancellarii SCHLICHTII. Divisio Cancellariae Imperialis & Domesticae. Confusiones inde natae. Iudicia Principum. Iudicia Imperialia Pacis & Provincialia fere extincta. Iuris Consultos in negotiis Publicis aegre tulit. Iuri Romano non satis aequus ut alibi (*Append. III.*) dictum. Executionis Iudicatorum ratio. Formularia hoc & sequiore

aevo conscripta. Friderici Regesta & Urtheilbuch MSc. Ejus curae in ordinando Archivio Imperiali & Austriaco. (a) Consultationes de Camerae Imperialis iudicio, ab aula, in locum Germaniae commodiorem transferendo. Administratio rerum Iuridicarum, ad Italiam spectantium, per Commissarios. Iuris-Consultorum circa Iura Publica molimina. Appellationes a Papa ad Concilium. PII II. Constitutio de iis non admittendis. Iuris Publici AENEAS peritissimus, & Liber illius de auctoritate Romani Imperii. (b) Iustae tum creditae appellationes a Caesare ad Pontificem (c) Gregorii de HEIMBURGO opera. Fata hujus viri rem Iuridicam illustrantia. Petri de ANDILO liber de Imperio Romano, inter varia minus recte dicta, statum Germaniae, qualis tum erat, ob oculos ponit, satis rite. Et illius in antiquo Iure Publico noscendo magnus usus. (d) Petri BELLUGAE speculum Principum ad Alphonsum Arragoniae Regem conscriptum, saepius editum, praeter generalia illius aevi de regimine placita, multa habet ad Germaniam facientia. (e) Philippus DE LEYDEN de cura Reipublicae ad Wenceslai tempora supra relatæ, (§. XXVII.) tum ut liber fere Classicus consideratus. Supra etiam de VICTORINO DE WESCHERD. (§. XX.) pro Bohemia. Reliqua ab Italiae Doctoribus petita, ad quos studiorum

§. 31. (a) WENCKER. App. Archiv. p. 54. ubi dicit, Maximilianum I. in eo strenue perrexisse.

(b) MStus in Bibl. Caes. cujus editionem in Catalogo edendorum promiserat NEESLIUS. Diversus forte erit ab edito à Cluseno, Offenb. 1610. 8. & alias.

(c) Vide Orationem AENEAS SYLVII contra Austriacos. MURAT. Anecdor. T. II. p. 131. 139. ubi simul Principes Proconsulibus comparat.

(d) Liber hic saepius editus a FREMERO 1602. 1609. 4. Argent. cum Leopoldo de Bebenburg 1612. 1b. cum notis. Tandem in Repræf. Imperii Germ. Norimb. 1657. cont. HAHN I. c. p. 8. ubi Dedicatio omissa.

(e) Veterum Editionum mentio in praefatione omnium editionum, quae cum Additionibus Camilli BORSALLI & Antonii DE FUERTE; excusa Bruxell. 1655. fol.

causa se conferebant Germani. (f) Orbium illuxit NICOLAI CUSANI & LAURENTII VALLAE ingenium, qui & Historiarum & rei diplomaticae, & humaniorum fuere peritissimi, omnis barbariei in litteris ac re Diplomatica graves censorum, (g) Vniversitatibus tamen Viennensi, Colonienſi & Lipsienſi, Iuris Publici non nihil inter Civilia & Feudalia crepantibus. Galli itidem de Iuribus Regum suorum agentes, nostrorum nonnullam egerunt curam, imprimis in terris olim ad Imperium spectantibus. (h) Inventio typographiae studiis valde profuit. Nihil sibi in eam Fridericus arrogavit, ut alias demonstrabo.

§. 32.

In quarta Periodo Maximiliani I. Electio vivente Patre, Capitulatio, ubi Moguntia Moguntino, lite sublata etiam permiffa, & Coronatio. Confirmatio Pontificia. Primae preces Regales Maximiliani, & ea-

rum Codex pergamenus MSC. etiam ad Italiam directae. Dignitas electi Imperatoris. Cogitationes de recipiendis Concilio Basileensi & Galliae Pragmatica pro norma in Ecclesiasticis. Tutela Iuris Regii & libertatum Germaniae adversus Pontificem. Cognitio de Haereticis & libris Imperatori vindicata. (a) Leges Politicae, in primis de Civitatibus Imperii, secundum ea, quae Libro IV. *des Ratsrecht* Rechts traduntur, & aliae Iuris rationem regentes. (b) Distinctio iterata, inter bella Imperii & domestica. Ejus autoritas in Italia. Legati pro his causis. Cogitatio de Pontificatu Imperio jungendo. Helvetiorum dubius cum Imperio nexus. Sollicitudo pro finibus Imperii antiquis reintegrandis & conservandis. Bella idea cum Gallis & Venetis. (c) Indices Publici Praetensionum Imperii, a Carolo V. deinde continuati. (d) Foedus Suevicum conservatum & auctum. Circuli rectius re-

(f) Eorum Iurisprudentiae speciminum Exempla apud Card. TUSCHUM vocæ *Imperator. & Montiferato Marchones*, ubi rursus haud tenebis. Erant tamen multi Iuris periti Germaniae negotiis adhibiti. WENCKER von Meiffen. p. 67. fqq.

(g) Vid. FAYLE Dictionare his articulis.

(h) Cogita hic de *Ioh. FERALDO Arn. RUZABO Guidone PAPAE Claudio DE SEYSELLO* & aliis, de Francis scribentibus.

§. 32. (a) Accidit illud tum, quando Inquisitores Pontificii Theologi Colonenses, ad Imperiatorem recurrerant, quo omnes Iudaeorum libros ipsis comburere liceret, is vero *Ioh. REUCHLINI* consilio usus, rem distulit. Orta inde notissima controversia Reuchlinistica, & tandem Ius circa libros ad Imperatorem devolutum. Longa est lis, longae morae. Vide interim *B. Ioh. Heur. MAIUM* Avum matrem, de vita REUCHLINI, & hujus Viri Epistolae.

(b) CHRON. COLON. Vetus f. 141. fqq. laciniam integram Libri IV. *des Ratsrecht* Maximiliano I. quasi ab eo confirmatam tribuit, quam deinde GOLDASTUS Constitutionibus suis inseruit, & Constitutionem inde effecit. Cum Colonienſis Chronista eo aevo vixerit, credibile est, Maximilianum I. omnis antiquitatis amantissimum, haec placita vidisse, sed confirmasse cum non novi.

(c) Ludovici HELIANI de bello adversus Turcas & Veneros suscipiendo, ad Proceres Germaniae Augustae 1510. in Comitibus dicta, per *Jacobum BANNICIUM* Caesarem Secretarium, *justo Caesaris* edita. 4. sine loci notatione, quae Venetos concernentia exponit, & postmodum à Goldasto & aliis denuo recusa.

(d) Post CHIFFLETIUM in *Vind. Hisp.* ed. in fol. p. 126. fqq. qui partem, LEIBNITIUS Mamissa Cod. Dipl. p. 1. fqq. totam consultationem edidit. Integram vero Tomam sub Carolo V. connectum, vidimus in Bibliotheca Goettingensi, inter *Vigilias MSSae*, qui non nisi de Feudis

ti. Matricula Imperii recentior. Communis denarius. Reliqua fere Imperii bono dissipata. Reditus aliqui extra ordinem. Vicariatus Germaniae Saxoni conceditus. Meditamen de Legibus criminalibus, & toto etiam Iure reformando. Expeditiones in rebus Imperii ac domesticis. Cogitationes de Carolo Nepote in Caesarem promovendo. Iudicia criminum in status Imperii exercita. Summa ejus in Civitates Imperii potestas.

§. 33.

Cancellariae Status, & in eam Moguntini iura. Expeditionum forma mutata. *Acta Comititalia* diligentius & conscripta & servata, quin CIO CCCXCXV. quale specimen apud DATTIUM est, statim, sed secreto impressa. Titulus *Christianissimi & Imperatoris Germanorum*. (a) Recessus diligentius conscripti, & signati. Summum Imperatoris linguae Germanicae datum studium. Archivia cum in Curia Imperiali, tum ubique rectius recta. (b) Studiorum & historiae Summus Cultor consuluit in rebus Germanicis KEYSERS-

PERGIUM, PEUTINGERUM, CUSPINIANUM, TRITHEMIUM, *Conradum* CELTEM, WIMPHELINGIUM, BEBELIUM, BRANTIUM. (c) Translatio Camerae Imperialis, ab Aula, ad Imperii locum commodum. Iurisdictio in Aula Imperiali superior. Iudicium Camerae, ab eo CIO IOII. contra pacta conditum, sublatum. Ejus tempore Historia doctrinis Iuris Publici inferri coepit. Egit *Andreas* ALCIATUS de Formula Rom. Imperii. (cc) Et *Nicolaus* MACHIAVELLUS se digna scripsit. (ccc) In Germania Iuris Publici capita cum Iure Feudali proposita, a magno Germaniae Doctore, semper ad mores patrios respiciente, *Vlrico* ZASIO, SICHARDO & aliis. In omni aetate Imperator Maximilianus Germanicarum antiquitatum studiosissimus, & simul, in eas propagantes, munificentissimus. Societatis etiam Germaniae literariae Statutor summus. Cui itidem Regimen illius *primum Privilegium impressorium generale* concessit, anno CIO IOI. (d) Ius Publicum, tam ipse, quam filia Margaretha, excoluerunt, & Responfa de tota Majestate

Imperii agit, & anteriorum Imperatorum de iis vindicandis Consilia simul refert. Actum itidem de his finibus, contra Gallos apud WIMPHELINGIUM in Epitome 1505. 4. Argentinae edita p. 1. sqq. per *Thomam* WOLPHIUM Iuniorem, celebrem tum Iuris Doctorem.

§. 33. (a) ZOANETTUS de Romano Imperio Operum p. 314. & in WINPHELINGII Epitome *Res. Germ.* post Beneventum, ubi WOLPHII & BEROALDI Epistolae.

(b) WENCKER von Negistr. p. 17. & 33. nec non 64.

(c) WENCKER von Negistr. und Renovatur p. 26. & 57. sqq. BUDER de Instaurat. Studii Histor. p. 620. sqq. de Celte GUNDLING Observ. Tom. I. 1. p. 20 sqq. BEBELIUS vero curatius dici meretur, Vir nominis Germanici, & Iurium Imperii propagandorum amantissimus.

(cc) In Operibus, & apud *Clusen* in Tractatibus de origine & progressu Romani Imperii *Offenb.* 1610. nec non GOLDASTUM aliove,

(ccc) In Historiae Florentinae Lib. I, iura Imperii in Italiam ab omni memoria recenset. Vir eruditus, cujus scripta in Historicis, non aequae aliis probo.

(d) PIRCKHEIMER Operum p. 8. BEAT. RHEN. Germ. ex Ed. OTTONIS p. 363. AVENT. Annal. IV. 8. 34. VII. 5. 6. Diplomata etiam collegit, LERSNER Francofr. Chron. P. II. p. 44. sqq. imo Monasterio S. Emmerani, loco originum, nova concecit. *Ratisbona* Eccles. lib. Prob. p. 178. Conf. WIMPHELING. Epit. rer. Germ. in fine. Cf. BUDER de instaurat. Stud. Hist. sub Frid. III, & Max. I. Op. p. 616. sqq.

Im

Imperiali sibi fieri iusserunt a Lovaniensibus. (e) Non mihi licuit inspicere in margine citatum opus. Eam humanitatis studia promovisse, & ad condendas Universitates Principes excitasse certum. (f) Sub Maximiliano etiam, Iuri Publico, separatis scriptis, plures se dederunt, inprimis *Ioannes HUG* pastor Selestadiensis, sed ridiculo ferme opere. (g) Coepere *Friderici sapientis*, & *Georgii Ducum* ope, circa haec tempora, in Academia Lipsiensi & Witembergensi Praelectiones Iuris Publici (gg) & *Petrus Ravennas* ex Italia evocatus, de potestate Romani Pontificis ac Imperatoris, tales Wittebergae instituit. (h) Inde Wittebergensi Academiae cultus Iuris Publici amplior, satis rudis. *Vlricus* etiam *AB HUTTEN* in cunctis suis scriptis, Germaniae Publicorum Iurium non levem cognitionem prodit, quae cum fructu ab omnibus leguntur. (i) *Harynghus* etiam *Sigfridi SIN-*

NAMA plane ausus est, in Academia Coloniensi 1491. Auream Bullam praelegere, atque eam Collationi undecimae, quam ex variis, post feudales libros existentibus Constitutionibus, & Pii II. Bulla contra Provocationes ad futurum Concilium conflagverat, inferere. (k) Ejus itidem aevi ANTONII de Rosellis Libri, (§. XXIX.) jussu Pontificii Legati a Latere in favillas conversi, & ab HENRICO Infortioris, refutati. Hujus Philosophiam ut noscas, dabo exemplum in margine. (l) Non tamen ullibi Iura Publica plane in formam artis redacta, & ita sentiebatur de illis, uti id Iuris Romani plerumque ferebant placita.

§. 34.

Caroli V. aetas satis de caetero nota, vna cum reliquis in tota hac Periodo (a) nihil exiget, a me quidem, nisi ut ea dicam, quae circa Iudicialia & Cancellariae,

(e) BERTACHIN. in Repert. voce *Imperator* ab init. Vide quae conscientiose dixi in repetitione mea L. de precatio ff. ad L. Rhod. de jactu, & in lectione mea Lovaniana L. bene à Zenone, de quadriennii praefor. ubi reliquis favoribus, accumulatis omnium opinionibus, cum Domino de Theonis & Domino de Bruxella famosis Doctoribus, determinavi cum eis autoritasem Imperialem jussu Illustrissimae Dominae MARGARETE Burgundiae Comitisse, a quo processeris & qui ei subdantur, & qui non, de quo itidem vide.

(f) Vide Diploma illius de instaurandis studiis humanitatis Selector. liter. N. XIV. ubi illud cum notis inseruit à SELEN. p. 488. sqq. pluribus VON KHAUZ gel. Osterreich p. 166. sqq. nota.

(g) Impresso Argent. 1504. fol. sub titulo: *der heiligen Kirchen und des Römischen Reichs Wagenfur*, ubi insignis ex iure Rom. de Imperio & Collectis Germ. Philosophia.

(gg) De *Friderico BUDER* l. c. p. 634. sqq.

(h) Inter Sermones extraordinarios Petri nostri in 4. sine anni nota editos circa finem.

(i) BUCKHARD de Vita & Scriptis Vlrici ab Hutten per tot. & BUDER l. c. p. 629. sqq.

(k) Vide Declarationes sive Expositiones titulorum utriusque Iuris Colon. 1491. fol. impressas, post Feuda. lit. L. 1.

(l) Part. I. ad arg. 19. ubi: *sicut iam ipsi Electores, quam Ius Imperii dependens ab Ecclesia, & consequenter a Papa, qui est caput Ecclesie: ita & ipse inferior est, & membrum Pape, quia membrum Christi simul cum Electoribus. Propterea sicut erroneum est asserere, à regno Christi & Ecclesia posse alienare fideles ad obedientiam alieni regni, scilicet Imperatoris, cum hoc esset deponere duo capita in Ecclesia - ita erroneum est asserere, fideles in temporalibus esse subiectos Imperatori, & eum recognoscere ac Dominum talium bonorum, non Papam &c.*

§. 34. (a) Tuto hic remittere licet ex eo tempore ad SCHMAUSII historisches Ius Publicum des Teutschen Reichs p. 92. sqq. Et memini illius Ictorum veterum, post Accursium Glossam scribendam non esse. Nil enim fere deprehendo, quod in recentioribus desideretur.

nec non litteraria negotia obveniunt. Iudicialia in Aula Caesaris, uti prius recta, constituto Consilio Caesaris & Ordinatione Aulica ac Cancellariae condita. (aa) Moguntini Electoris hic non minima auctoritas. Cancellaria Cameralis ei plane ab Imperatore CIO IO XXX donata. Reliqua Camera concernentia, ex variis scriptoribus satis nota. Matricula Camerae vero, specialem considerationem exiget. Nova Camerae facies, ex Ordinatione CIO IO XLVIII. & LV. Expeditionum etiam illic aliquantisper mutata ratio. Archivium Comitiale Moguntiae institutum, Archivium Aulicum Caroli V. hic illic depositum, & non nisi in MSSis VIGLII *Zuichemi* superstes est. (b) Reliqua in hac Periodo rectius quodammodo curata & asservata. Fatale his temporibus Religionis dissidium. Iuri Publico amplius excolendo, ansam dedisse, rite censuit SCHILTERUS. (bb) Sed tamen mira

adhucdum & misera hujus facies, non nisi ex Glossatorum scitis Iure Publico explanato. Coepere colligi RECESSUS IMPERII ante Carolum, occasione Aureae Bullae, cui sequiores Leges subjunctae, consuetudine Germanorum, & inde tandem Corpus aliquod natum, publica Caroli V. auctoritate collectum, postea in hodiernam formam redactum, (c) fere tamen a Pontifice, Codici librorum prohibitorum illatum. (d) Caroli V. aevo, Germaniae Historia coli perrexit, & *Iohannes AVENTINUS* antiquum illius statum publicum adumbrare aggressus est, (e) Idem fere egere B. RHENANUS, WIMPHELINGIUS, GEBWILLERUS IRENICUS, MELANCHTON, SPALATINUS, STUMPEIUS; & plures omnino. Ius Publicum ipsum *Franciscus ZOANETTUS*, Tr. de Romano Imperatore ac ejus Iurisdictione, (f) explicuit, & ante eum,

(aa) Vt intelligar, dicam illam latinam, Vffenbachio & omnibus ignotam, ac nondum editam esse trium fere plagularum. Videtur initiis Regiminis Caroli V. deberi. Formam externam Consilii, non ipsum procedendi modum regit, Observantiae quippe relictae. Et forte in multis non intelligar, ubivis tamen certa auctoritate nisus.

(b) Goettingae in Bibliotheca Academica XXIII. Voluminibus, quae saepe inspicere datum est. Reliquiae in Cancellaria Imperii. Reliquiae & Moguntiae. Sed reliqua aut in Bruxellensi incendio, aut naufragiis perierunt, aut in Hispania, Neapoli, ac alibi asservantur. Conf. BUDER. praef. ad STOLLII hist. der Jurid. Gelehrf. p. 15.

(bb) Institut. Iur. Publ. p. 402. sqq.

(c) Videatur *Epistola ad D. de Obleschlager* noviss. Editioni Corporis Recessuum adjuncta, eum praefationibus.

(d) MAURITII Diss. de Recess. Imp. §. 40.

(e) *Chronica von Ursprung, Herkommen und Thaten der Uralten Teutschen, Item auch von den ersten alten teutschen Königen und iren männlichen thaten, Glauben, Religion, und Landesbräuchen, durch Caspar Bruschium 1541. 4. suo loco & anno. cf. ejus Annales Libris prioribus, & eorum Prodromum.*

(f.) Ingolstadt. 1563. 4. vide Operum p. 263. sqq. in quibus etiam Tractatus de Primogenitura, Venatione, alii. Hunc Virum Tr. sui de Iurisdictione, n. III. p. 113. inprimis definitionem Venationis hanc proponere videas. *Venatio Germanica est Ius, sive ex summi Principis concessione, sive ex temporis immemorabilis praescriptione, in fundis popularium subditorum, Iurisdictioni illius territorii & dominio debitum, quod servitutem innominatam quis merito dicit.* Vides hunc Iuris Consultum, ut praecedentia indicant, admodum sudasse, quo Imperatorem & Principes Ius venandi in fundis subditorum, facultate Romana venandi in suo praedictorum, tandem praescripisse efficeret. Ita videlicet praescriptione opus erat, ad elimandum Ius Romanum Iustinianicum, quo Germanos, si Diis placet, à Julio Caesare inde usque usos fuisse, putabant Iuris-Consulti. Et tamen hic adhuc reliquis praefendus. Imo ab Historia non plane rudis.

Luftini GABLERI *Nichtenspiegel*. (g) Inventus etiam aliquis, *Jacobus* KOELREL Grammateus Oppenheimensis, qui de Imperii statu, & quaternionibus imprimis tractaret. (b) Longe antiquior vero est, (i) ipsa de quaternionibus doctrina.

§. 35.

Placita ipsa Iuris Publici, usque ad Rudolphum II. recepta in eo consistebant: totum Imperium pendere à Pontifice, ejus esse Ius in sacra profanaque, id quod tamen Protestantes deinde non amplius tulerunt, Confirmationem Pontificiam, & concessionem tituli Electi Imperatoris necessariam, & confiscare omnia. Quae tamen quatenus expresse quaerenda, in Maximiliano II. tandem desitit, qui etiam titulum Electi Imperatoris non amplius à Pontifice impetravit, sed eo statim usus est. (a) Comitia in Iuris-Consultorum scriptis, nihil aliud, nisi consultationes, Caesaris lubitui permittit. In Religionis

etiam negotio, sibi potestatem Legislativam sumpsit Carolus V. de quo adhuc miror. Status Imperii contra, sua propria confessione, nil nisi Praesides Provinciarum, mero Imperio mixtoque gaudentes, (b) Nobilitas equites Romani, Civitates municipia Romanorum. (c) In Collegiis ad Ius feudale & Codicem, nec non Decretales, praecipue haec ita tradita invenias, de alodiis vero Imperii dictum nihil, quasi haud essent. Cita hic etiam Italos, qui de nobis itidem fuere solliciti, & inter eos *Restaurus* CASTALDUS de Imperatore amplissime disseruit, summus hoc aevō Publicorum Iurium Doctor. (d) Legit hic homo Diplomata, & interdum satis belle ratiocinatur, Iurium etiam Imperii in Italiam, testis non nunquam haud levis. Et invenies apud eum excerpta, ex omnibus fere anterioribus Iuris - Consultis Italis. Gallus etiam CHASSANAËUS in Catal. gloriae mundi, dignitates nostras pererravit. (e) Referri praeterea videas *Iob.*

(g) *Francof.* 1552. fol. Lib. I. & X. liber non inutilis.

(b) In *Tr. Glaubliche Offenbarung*, wo das Römische Reich herkomme, auch von der Erwählung, Salbung, Wählung, Ordnung &c. eines Römischen Königs und Kaisers, und von andern Kaiserlichen Herrlichkeiten. cum fig. *Wapn.* 1532. 4.

(i) Omnium loco DITHMAR *Diss. V.* Tomo I. de Quatuorrratu Imp. R. G. p. 104. sqq. ubi tandem ab antiqua distinctione in die vier Lande deducit.

§. 35. (a) Vide SCHARDIUM de Imperatorum mutata confirmatione, cum in fine *Tr. de Iurisdic.* tum separatim, *Argent.* 1566. & 1608. 8. solide differentem integro Tractatu. Reliqua novi ex Actis publicis, quae de Maximiliani II. aevō dixi. Egregie de his omnibus *Johannes* SLEIDANUS in Orationibus ad Carolum V. & Germ. Principes, duabus, statum rerum, & illorum temporum illustrantibus. Extant in Opusculis Sleidani quibusdam cura *Heliae Putschii* Hanov. 1606. 8. editis, & alias.

(b) Ut veritatem hujus rei spectes, dabo locum ex *Philippi* Landgravii scripto contra Henricum Brunswicensem ap. HORTLEDER de causis belli Germ. T. I. p. 941. ubi: und wann gleich das oben angezogen RÄUTER, KLEST nicht were, so geben es die gemeine Rechte klar, das JEDEM JEDEM PRAESIDI in seine Religion, das ist bey seinen Ehren und Gewissen, sein Provint vor allen schädlichen Leuten rein zu halten befohlen ist: c. L. 3. D. de officio Praef. Conf. VIGEL. in praef. ad Ord. Crim. Caroli V.

(c) *Petrus* CALEFATUS de dignitate in *BIERMANN* *Iur. Publ.* T. II. p. 565. Idem in *Speculo* verae Politicæ Nobilitatis. Add. LAUDENSIS de Principibus.

(d) De Imperatore, quo omnia, quae ejus originem, statum, & Jurisdictionem respiciunt, hactenus ab aliis non explicata, continentur. *Rom.* 1540. fol. & alias etiam in Germania.

(e) *Commendo* Gallos, imprimis *Caroli* DE GRASSALIO *Regalium* Franciae, Iura omnia &

SAMBUCUM de potestate Imperatoris, ONUPHRIUM PANVINIUM de potestate Imperatoris & Comitii MSSCTOS, quos ex Bibl. Caesarea editurus erat LAMBECIUS. (f) Et multa etiam huc pertinentia, in suo Lexico dedit SPIGELIUS. (g)

§. 36.

Docebant Iura publica praecipue Lipsienses & Witembergenses, quorum Consilia de Electione Caroli V. extant. (a) Moguntiae etiam aliquatenus Iuris Publici studium, praesertim urgente illud *Nicolao RUCKERO*. (b) Is adhaec in multis aliis elaboravit, quae manu scripta habentur. (c) Ingolstadienses non minus se Iuri Publico dederunt, & Consilia EVERHARDORUM, plurima non abjectae notae sunt. ROMULEUS vero a Iure Civili, & potestate Principum Italiae, ad illos in Germania argutatur. (d) Et hic primus fideicomissa familiarum in Germania excoluit. Novi vero plerumque Iuris Pub-

lici Consilia ab Italis petita, & e. g. in causa Feloniae Wurtembergica, *Mariano SOCINO* Senensi integra Acta, in Latinum sermonem convertita, esse transmissa, & pluries eum, in gravissimis Germaniae ac Italiae causis fuisse consultum, Responsta indicant. (e) Carolo etiam V. & usque ad Maximilianum II. hic mos fuit, ut de causis gravissimis Italicis & Germanicis, ad eorum Iurisdictionem pertinentibus, consulere Italos ICTOS, inprimis Patavinos, Papienses, Bononienses. (f) Non deerant tamen Aulae Caesareae homines Iuris Publici peritissimi, inter quos VIGLIUS ZUICHEMUS, *Sigismundus SELDIUS*, *Ioh. Vlr. ZASIUS*, *Andr. GALLIUS*, *Richardus STREINIUS* Baro, uterque SPIGELIUS, & alii omnino referendi. *Electionum & Coronationum*, etiam & Comitiorum singulae Historiae, & Maximiliani I. & deinceps frequentius eo nostro aevo conscribi coepit; sed brevius, priores *Henrici Cornelii AGRIPPAE* (g)

dignitates amplissimas Christianissimorum Galliae Regum libros duos, Lugduni 1538. 8. qui antiquiores citat, & simul semper de Imperatore & Germanis loquitur. Controversiae etiam de Successione in Gallia paulo post ortae, nostra simul indagantur. Et semper aliquid huc faciens apud MOLINAEUM, HOTOMANNUM, BODINUM, DUARENUM, REBUFFUM. Nec BACQUETI de Regalibus Opera Germanis parvi facienda in Territoriorum Iuribus.

(f) Catal. scriptor. edend. p. 63. sqq.

(g) Argentor. 1538. fol. & saepius.

§. 36. (a) PISTORIS Vol. II. Cons. I. de Elect. Imper. *Henning. GOEDEN* Vol. Consil. Cons. I. LUDEWIG Erlaut. der guldenen Bulle. T. II. p. 20. 21. §. 32. ubi simul ineptam doctrinae rationem ridet. Add. BUDER. Opusc. p. 649.

(b) Vol. III. Cons. Francof. CAESARIS habetur ejus Consilium de Electione 1519.

(c) In Electione & Coronatione Caroli V. & Ferdinandi I. occupatus fuit, & Acta Imperii sui temporis in plura congestit Volumina. De GUDENUS Sylloge Var. Diplom. p. 543. sqq.

(d) Cum in tract. de Testatorum praeceptis, bona extra Familiam alienari ad nobilitatem conservandam inhibentibus, vna cum Commentariis in §. Divi Severus & Antoninus in L. filiusfamilias 114. de Leg. I. Diling. 1567. 4. tum in aliis.

(e) e. g. Vol. III. Conf. 68. de Causa Goslariensi & multis aliis locis.

(f) Multa hujus rei vestigia in Consiliis MENOCHII, PEREGRINI, & aliorum, dictorum autem, praecipue. Et novi haec plenius ex Actis, inprimis Genuensibus, & Consiliis post MENOCHIIUM de possessione.

(g) Edita saepies *Henrici Cornelii AGRIPPAE* descriptio coronationis Bononiensis, cum illius Orationibus, Colon. 1538. 8. & in Viri Operibus, ubi multa ad statum illius temporis, praesertim Tomo III. qui rarissimus, in Epistolis.

ac Hieronimi BALBI (h) Gurcensis, posteriora Heraldorum (i) instituto.

§. 37.

Quinta Periodus maxime in Germania turbida, multas controversias produxit, de quibus, antea nihil auditum. De Pacis nimirum Religiosae constantia & perpetuitate. De Iure Ecclesiastica bona, Seculo addicendi. De reservato Ecclesiastico. De Iurisdictione Caesaris & Consilii aulici. De habitu Visitationum Cameralium. De Iure ligas pro Religione conficiendi. De Electoratu Palatino & Vicariatu. De Iudicio Principum & Palatini. De foederibus cum exteris. De tutela curaque Electorali. De potestate Caesarea. Et alia plurima. Erat hoc etiam illud tempus, ubi in reliquis ad Iudicia Imperii & expeditiones pertinentibus, nihil quidem mutatum, sed tamen a Protestantibus id

quaesitum, ut res aequo Assessorum numero, ex utraque religione, administraretur. Bella inde, Dissidia & tandem funestum illud Germaniae tricennale bellum.

§. 38.

Interim haec dissidia acuerunt ingenia. Et Iuris Publici doctrina plane aliam accepit formam. Ab initio *Tob. PAÜERMEISTERUS*, *Joach. STEPHANI*, *BRAUTLACHT*, & qui sunt alii, antiquiores secuti, sub titulo Iurisdictionis Imperii Romani, (a) integrum Iuris Publici Systema proposuerunt. Sed cum nimis multa aliena de Iurisdictione veteris Romae, & absurdae ad statum Germaniae haud accommodae applicationes immiscerentur, non diu amplius duravit hic tradendi modus. Et revera, Iurisprudentia publica, non satis inde culta effecta est, (b) praesertim cum omnia à Roma-

(h) Saepius emissa descriptio electionis ac coronat. Caroli V. cum Petro ab Andlo FREHERI, in Politicis Goldasti, Sebardi Reb. Germ. ac alibi.

(i) Possit inde texti Catalogus. Sed plerumque illic de rerum deliberatione nihil dictum. Adi Politica Goldasti.

§. 38. (a) De his aliisque huc pertinentibus vide DITMAR Dissert. de Orig. Iuris Publ. Germ. §. 1. Dissert. p. 4. sqq. Et tum Ius publicum in Academiis doceri coepit, cum antea plane illic esset inculcum. BUDER de fati doctrinae I. P. in Academiis p. 651. sqq. Opusc.

(b) Hinc Augustus VISCHERUS Tr. de Electione Regis & Imp. Romano-Germanici Dedicat. adhuc 1620. ita loquitur: *Vi mirari non immerito liceat, nostrates magno conamine & molimine, quae privatorum in rerum suarum directione potestas sit, extricasse, ne per trauentiam vero, quae Imperatoris, Electorum, Principum caeterorumque Romano-Germanici Imperii Statuum & Ordinum in Imperio effulgeat sublimitas, aspexisse. Magnis siquidem Voluminibus de Iurisdictione veterum eversaeque Romae disputatum, praesentis vero Imperii ejusdemque Statuum Iurisdictionem delineare, cura suscepta nulla fuit. Pars laboris non minima habita fuit, originem Actionum, Stipulationis, Emphyteusos, Testamentorum, aliorumque similium inquirere & perscrutari; at neglecta & tenebris obducta Electorum, Principum, Comitum, Civitatum, aliorumque origo latuit. Societates privatorum magnis sudoribus enuclearunt, sed confraternitates, foedera, societates Principum aliorumque Statuum neglectae & abjectae, cujus neglectus & despectus mihi subinde ICorum nostrorum labores & studia inde fessa perpendenti & ponderanti non occurrat alia ratio, qua ipsos in omnibus Iuris privati partibus tam quavos, prorsus vero in fundamentalium Romano-Germanici Imp. Legum evolutione elingues fuisse putem, quam quod rei farinariae tractatio istius Iuris magis conduceret; cujus cura sordida, cum hujus aevi non nullos viros egregios minime tangi & detineri, sed ingenti Iuris Publici splendore erigi cernerem, eorum imitatione, ductu & borsatu, Iuris Publici (quod scilicet in ipsis rerum argumentis obtineret, ut alibi Iustinianus loquitur, quod in bodierno Imperio nostro observaretur*

nis deducerentur, & inanes quaestiones inde fierent. (c) Inde alia secta orta, quae cuncta ad Politicam Architectoniam referret, cui *Henningius* ARNISAEUS, in Relectionibus Politicis aliisque scriptis, inter primos nomen dedit, *Everhardus* a WEIHE, HOENONIUS, ALTHUSIUS, KOENIGIUS, FRIEDENREICH, LIEBENTHAL, magnum ob eruditionem meis Musis nomen, *Christophorus* BESOLDUS, LANSIUS, *Georgius* OBRECHTUS, aliique certatim secuti sunt. Coepere etiam non solis thesibus absolutae Disputationes, BOCERO primo statore, (d) inde amplior cura, & BASILEENSES, *Domin.* ARUMAEI, (dd) *Conradi* BIERMANNI, ARGENTINENSES, NUCLEI GISSENSIS, aliaeque Disputationum Iuris Publici ac Tractatum Collectiones factae, multaque egregia separatim conscripta de singulis materiis sunt. Acta itidem Imperii Publica à GOLDASTO Collectionum parente, LOEFFENIO, HORTLEDERO, LUNDORPIO & quibusdam aliis collecta. Quorum Collectiones deinde in Actis publicis & Diplomaticis, INGENS AUTORUM NUMERUS continuavit. Aliqui etiam

Collectiones satis grandes, deinde in *Corpora* sic dicta *Iuris Publici* minora redegerunt; aut Diplomatum Regesta dederunt, exemplo GEORGISCHII. Lexica itidem à P. M. WEHNERO & BESOLDO edita, quibus Iura Publica discentibus subveniretur, Successore postmodum in id genus laboribus nato SPEI-DELIO. Sed cum id genus homines *Politici* dicerentur, & Politica ad arcana referrent, supervenit aliud incommodum, ut neque talia in Academiis doceri debere, dicerent, nec Acta in publicum extrudi. (e) Et tamen summa dominabatur tum ignorantia, tum etiam erat virorum negotiis aptorum penuria. (f)

§. 39.

Scilicet pauci adhuc de Historia, utpote summo, illustrationis legum publicarum antiquo tractatarum, & observantiae Imperii unico praesidio, cogitaverant, & Iuri suo Civili haerebant. Imo LEHMANNUS suo aevo neminem invenit, qui statum Imperii, qualis olim erat designasset. (a) Egit tamen id jam dictus LEHMANNUS, satis pro tempore egregie, (b) nec FREHERUS, GOLDASTUS, GEVOL-

& in usu esset) *Vniversum systema anno triennium 1617. aetatis meae 22. delineare, & methodice non sine magnis laboribus (prudentes & politici judicare velint omnino velint non homines de scholis) disponere coepi, quod etiam dudum perfecissem & proelo commississem, nisi negotium religionis triennalem remorem inluctabilem injecisset.*

(c) v. g. apud *Mans.* STÆPHANI post Disc. Acad. XIV. Tom. I. trutinatur quaestio, an Statuta Principum pertineant ad Ius Civile vel Praetorium, quam etiam recentior multo *Goswinus* ABESBACH de Iure legislatorio Diff. §. 33. multis explanandam sibi sumit.

(d) Vide SENCK. Progr. de Iure Hassorum. p. 6.

(dd) BUDER. Opusc. p. 651. sqq.

(e) Inde GOLDASTUS pro Politicis suis cavere coactus est. *Select.* SENCK. T. I. p. 400. sqq. Imo ipsa Rudolphi II. Capitulatio summum arcanum, nec tuto in publicum edi poterat. lb. p. 340. p. 344.

(f) ID. Ibid. p. 336. 345. 368.

§. 39. (a) Epist. in KUCHENBECKERI *Analect.* Hass. T. I. p. 208. sqq.

(b) In notissimo Chronico Spirensi, saepius edito, quod sequioribus Publici Iuris Doctoribus unico praefuit.

DUS, variis scriptis, *Sebastianus FABER*, (c) *LOEFFENIUS*, (d) *BURGUNDUS*, *ADELZREITERUS*, (e) *RUSDORFIUS*, *Ludovicus CAMERARIUS*, & multi alii, (f) utilitate ducti, id omiserunt. Fuit etiam hoc ipsum illud tempus, quo *Historia Germanica* culta magis, & ubilibet Historici nati, rerum patriarum periti, antiquos scriptores, quod iam sub *Carolo V.* trepide susceptum, identidem luce donantes, & *Historias patriae res pendentes*, ac sigillatim conscribentes. Non opus ut hos adducam, cum alius loci, alius temporis id sit. Inde vero certatim huc itum, evanuerunt antiqua praejudicia, Acta publica frequentius extrusa, auditum Ius Publicum in omnibus tantum non *Academiis*. Cultum etiam editione *Decisionum & Observationum Cameralium*, quibus, *MEISCHNERIANIS* imprimis & *GYLMANNO*, saepe admodum huc proficua insunt. Inter *Iuris-Consultos* autem *WESENBECIUS* & *STUCKIUS* cum *BESOLDO* facile reliquis, in *Consultationibus* illius aevi huc facientibus, palmam praeripiunt.

§. 40.

Et dicebatur quidem Ius Publicum *Ma-*

teria Regalium, sed ipsa de *Regalibus* doctrina, *Iuri Feudali*, utpote in quo ab antiquo tradita, relicta. Scripsere tamen *SIXTINUS*, *CARPZOVII*, *EINSIDEL*, aliive, separatis de *Regalibus tractatibus*. De multis itidem aliis speciebus, in primis etiam de forma Imperii, separatim actum. Et larga concertatio, cui formae *Germania* adscribenda sit, ingentium litigiorum, inter *Marpurgenses* pro *VULTIO* stantes, & *Giffenses*, cum *Gothofredo ANTONII*, & *Monarchia Imperatori* asserenda facientes, nata. (a) Ut vero omnibus, & *Iuris-Consultis & Politicis*, qui dicebantur, satisfieret, *Vir Magnus Theodorus REINKINGK*, *Regiminis Secularis & Ecclesiastici*, suo, *Iuris Publici Systemati*, titulum indidit, & *Iuris-Consultos suo Iure*, & *Politicos Politicis*, una cum *Iure Publico*, pascens. Prodiere tum in *Academiis* egregiae *Disputationes*, *Pacta Confraternitatum & alia illustria cum consuetudinibus nominari coepta*, (b) aliam faciem induerunt *Iurium Deductiones*, omnibus faciem fere praeferente, splendidi novi deducendi generis, post *KYRIANDRI* in *Trevericis*, (c) initia, quasi patre, *Nicolao ZYELLESIO*. (d)

(e) *Autor Informationis* *Donawerdicae* & aliorum scriptorum publicorum.

(d) *Autor Tr. von dem Fürsten-Recht & aliorum Palatinorum* in *LUNDORPII Actorum Tomo 1.*

(e) *Noti defensores causae Bavaricae Electoratus translatae contra Palatinos.*

(f) *Defensores causae Palatinae contra Bavaros.*

§. 40. (a) Meretur haec his separatim pro *Historia literaria* exponi. Vide interim quae diximus *T. I. Medit.* in *Appendicibus*. Putabant vero tum *Iuris-Consulti*, summam *Iuris Publici* in extricanda forma firmam esse, videlicet, quo ex praemiis certis, argumentari in specialibus liceret. Non ergo haec quaestio tum otiosa, nec hodie erit, si rite rationes subducas. Forte vel nostro aevo adhuc aliquibus non displicebunt ea, quae *AUTOR* olim *XIX. annos natus*, de forma *systematis Germaniae* dixit. Sed secundas curas poscit hoc *Opus*, juvenile & festinatum.

(b) *Primi MUSCULUS*, *Nicolaus BETSIUS*, *KYLLINGERUS* de *Confraternitatibus*, *pactis & consuet.* *Famil. Illustr.* ac *pactis Ganeribiorum* differuerunt, nimis certe *Romanae* secuti, de caetero non inutiles.

(c) *Fara hujus libri hodie rari*, cujus editionem *Bipontinam 1597. fol.* possideo, *prima Fisco* addita, mihi nota sunt.

(d) In *defensione Regalis Abbatiae S. Maximini*, libro raro, & multis monumentis illustri, ex *Historia & Legibus* simul arteque *Critica Diplomatica* deducto, *Colon. 1648. fol.* edito.

§. 41.

Cultiore licet hac Iurisprudentiae parte facta, & quibuslibet in re ipsa concordibus, nonnullis tamen adeo placuit res Romana, ut minimum Reipublicae Romanae, uti LAMPADIUS, aut de Statu rei Romanae, ut *Iustus SINOLT SCHUTZIUS* titulis, libellos & Systemata sua inscriberent. Et revera hi Legibus Romanis plus aequo utuntur, in re mere Germanica. CLUTENIUS usum crebrum considerans, suum de Iure Publico compendium, res quotidianas nominavit. *Iacobus* autem OTTO & *Ioannes* LIMNAEUS, alter Compendio, alter integro & in V. Volumina abeunti, si cuncta spectes Operi, Iuris Publici titulum, illum quidem jam ARUMAEO, sed non eodem modo adhibitum, praefixere, qui postea huic disciplinae, inter varia nomina jaecitatae mansit. Vti vero ARUMAEUS jam Au-

ream Bullam post alios Commentario ornaverat, ita LIMNAEUS & in illam, & in Capitulationes Imperatorum commentari aggressus, proacuo sane in publicum instituto. Et cum jam aliquae Leges Imperii, magis ad civilia, aut procedendi modum accedentes, Commentariis essent vestitae, inde invaluit, ut & Status publici tantum rationem habentibus, cura daretur. Sed circa idem illud Limnaei tempus, exortus est vir Historiae & Actorum Imperii peritus, qui sibi *Hippoliti a LAPIDE* (a) nomen esse voluit, libro de ratione Status Imperii Germanici emisso, qui nobis veram Iuris Publici rationem convelleret, & Imperatoris autoritate nimis depressa, totum publici Iuris habitum, compage Imperii laxata, everteret. Is quamvis certatim impetitus, & minus laetae memoriae, ob rerum optimarum abusum sit, concinna tamen sua brevitate, usu rerum, & idonea etiam in falsis pro-

§. 41. (a) Nondum satis Pseudonymo huic detracta est persona. Vulgo aut *Lud. CAMERARIUM*, aut *DRANSEUM*, aut *RUSDORFIUM*, aut *STEINBERGIUM*, aut *CHEMNITIUM*, autorem laudant. Et praetereo omnibus nota. *GRYPHIUS* de Script. Sec. XVII. 2. 4. 49. *OXENSTIERNAM* vel *SALVIUM* nominabat, quibus adfuerit *BOECLERVS*. Ipse autem autor se prode re videtur in princ. his verbis: *commune patriae malum etiam nos involvit, & Mars, cui relictis aliis curis, non paucis jam annis stipendia meruimus, quicquid scholastici acuminis ac subtilitatis in nobis erat bebetavit, longaque oblivione tantumnon exinxit.* Quadrant haec in Chemnitium, de quo in Epistola Baronis *VOLMARI* Francofurti 1656. scripta lego: *Hoc solum postulant, (scil. Bernardus Vinariensis,) ut mea ad Caesarem intercessione, CHEMNITIUS captivitate liberaretur, quamvis ille homo paulo post, tantum beneficium, pestifero illo libello de ratione status Germaniae sub titulo Hippoliti a Lapide obnubilaverit, summaeque ingratisudinis scelus reposuerit.* Illud ipsum, quod in hac Epistola *MSC.* habetur, & *KRULLIUS* suo Exemplo adscripserat, quod in Bibliotheca *Thomasi* inspexi, autorem esse: *Chemnitium Theologi nepotem, supremum excubiarum Magistrum.* Id quod Biorencravio haud dubie debuit. Et hac collineant etiam binae Epistolae, in *STRUVII* Hist. Pol. Arch. P. II. p. 336. nec non id quod Conringio factus est ipse Chemnitius, in *BRENNENSEN* Dissris. *Historie und Landes Verfassung.* p. 4. Iudicium *BOINEBURGII* ap. *STRUV.* Act. Litt. fasc. X. p. 57. Contulere fortassis eo reliqui, stylum suppeditante Chemnitio. Neque enim ego credo, tantum cognitionis eorum quae in anterioribus Conitiis acta sunt, fuisse Chemnitio, bene tamen *CAMERARIO*, in Curia Palatina tunc Cancellis praefecto. Et ostendit nuper *Iob. Dan. GRUBERUS*, Vir dum vivebat Eruditissimus, & ille meus olim Doctor, Anecdotor. Boineburg. p. 19. nota. *Kamen* lingua Slavonica lapidem significare, ut adeo & nomen *Kemnitz*, secundum patriam illius scribendi rationem, hinc non abluat. Est vero is simul autor libri de bello Germanico, de quo itidem *Gruberus* l. c. Et plura possent huic addi, si id agerem.

batione

batione efficit, ut inde discerent Doctores, quid id genus scripta exposcant. Quaestiones itidem *Petri HEIGII & Quirini KUBACHII*, Iuri Publico simul intentae, plures postmodum ad id genus scripta excitarunt. Ex eo etiam tempore *Consilia ac Responso* Iuris, in Germania, Iure Publico ubique repleti coeperunt.

§. 42.

Sexta Periodus, Pacem Westphalicam, & Recessum Imperii novissimum in capite sistit. In Pacem Iuris-Consulti commentari prohibiti, & tamen leges Commentatorum extat. Haec Pax, ut rebus Imperii ipsius, ita etiam disciplinae, aliam faciem dedit. Cancellaria Imperii Aulica, paulo post plenius Moguntino Electori addicta. In summis Imperii Dicasteriis, inter Religionem, aut vera, aut ficta aequalitas introducta. *Leges Imperii Publicae*, ex hoc tempore ampliores redditae, & *Capitulationes* multis capitibus auctae. Expeditiones novo tempore non nihil accommodatae. *Acta publica Comitiorum* & quaecumque demum, sine formidine edita. Quin etiam à Viro ingentium in Publica meritorum *MOSERO, Acta Circulorum* passim collecta, quibus diu satis caruimus, magno hujus Iuris cultorum dispendio. Praecognita & adminicula Iuris Publici, post *CONRINGII* monitum, *RACHELIO* imprimis, in Otio Noviomageni, instituti auctore, rite explicata. Pedetentim Iura Romana, à Publici Iuris scriptis quatenus opus, exesse iussa. Et quam vellem, morem mentis humanae, hic aliquos, nisiio Historiae patriae usu, non ad alterum rapuisse extremum, ut fere &

Iuris Romani in terminis habilibus, imo quandoque ipsarum Legum Imperii oblitus essent. Altorfi primus Iuris Publici Professor *WAGENSELIUS*, cum antea Ius Publicum, Politicae junctum haberetur. Et non nullis aliis in locis, specialis Iuris Publici Professor placuit. Quinimo digna haec res speciali Professore, cui etiam satis laboris ac studii, in tota re patria paratum. Sed lucrum studium praecipue hic multa corrumpere solet, ut dum omnibus superesse volumus, non semper apud nos, & in re nostra habitemus. Haud omnium est agere cuncta, & simul agere. Culta magis Historia patria, & Iuris-Consultorum ope, eo integra illius systemata condita, ut juvenes mature, probationibus ex Historia ad causas publicas petendis adfuerent. Detractae reliquis scientiis eae particulae, quae ad Ius publicum pertinent. Demum Iuris, cui à Natura nomen dederunt, amplior ac antea cultus, ut & Germanici privati, & Feudalis patrii, ex fontibus petitum studium, Iuri publico magis subvenit, utpote sine quibus illud, ne rite quidem intelligi, multo minus applicari potest. Quodque majus est, cum antea Univerfalibus Germaniae tantum haereremus, ex statu singularum Germaniae Rerumpublicarum didicimus, statum Germaniae in genere, ex doctrina de singularibus Rebuspublicis, demum patere debere.

§. 43.

Conscripti etiam plures adhuc libelli ad Ius Publicum Introductorii, Methodum in eo studio tenendam demonstraturi. (a) Actorum Publicorum & legum passim

§. 43. (a) Erat quidem olim *Christoph COLERI* Oratio de Studio Politico recte instituendo 1618. Gissae 8. & inter Methodos Studiorum junctim editas. Erant & alii de Studio Politico, non

commendata lectio. Quid ex peregrinis Instituti, pro noscenda nostra Republica adfiscendum, itidem traditum. Librorum notitia curata. Et quae alias, laudanda sunt. Debit plurimum haec Iuris pars CONRINGIO, BOECLERO, SCHILTERO, HERTIO, PFEFFINGERO, LUDEWIGIO, GUNDLINGIO, inter jam extinctos. Vivorum potius merita satis nota silere, quam aliquem omittere velim. Nolim mortuorum, quos nominavi, cunctas doctrinas probare. Dixi eos, qui mihi maxime memorandi videntur. Nec reticebo, superiori seculo, Viros laude alias sua dignos, PUFENDORFIUM Monzambani autorem, & *Henricum* DE COCCEII, ex ipsis veris Iuris Publici principiis, nostra aetate etiam LUDEWIGIUM & aliquos *Viventium*, ea in Ius publicum meditamina invexisse, quae & temporum Historiae non conveniant, & nexui membrorum cum Capite Imperii, aut ejus quieti, haud satis sint congrua. Acriter tamen, haec taliaque principia, & impugnata & defensa, non sine Reipublicae dispendio. Interea & hic humanae mentis habitus denuo se sistit. Dum ANTONII, STAMLERI, REINKINGII, SLUTERI, LYNCKERI & aliorum, qui olim potestatem Imperatoris & autoritatem plus aequo, & rationibus saepe ficulneis extenderant, erroneae theses impugnantur, in aliud incidimus incommodum, ut fere Anarchiae, & quidem ex principiis, in se nil mali habentibus, sed *sinistre applicatis*, via sternatur.

tamen aut huc satis, comparati aut ita omnia demonstrantes, atque id KULPISIUS, RACHELIUS, *Job. Burc.* MAIUS, PREGIZERUS, *Jac. Car.* SPENERUS, & qui sunt alii, egerunt. Adde citatos §. LII.

§. 44. (a) Vellem aliquem à me prolata Commentario illustrare. Et fuit celebris quidam in Germania PROFESSOR, qui id se acturum mihi proponeret. Excito illum hic publice, & quae ex me pendent, offero.

§. 44.

Plura de his ego dicere nolim, cum instituti ratio sit exhausta, & Iuris Publici hodierna facies, eo omnibus Academiis illato, ignorari nequeat. Gaudeo nostro tempore ortos, qui & illa, quae ad Comitiorum gesta, (olim soli fere ARUMAEIO, BERTRAMO, HEIDENIO & HAGENIO relicta,) porro ad res agendas, & stylum Cancellariae quem vocamus spectant, in Academiis quibusdam doceant. Gaudeo tot libros scribi, partim usum habentes, reliquos facile tolerandos. Felicitati nostri Seculi imputo, nihil Actorum fere Publicorum Comitiorum, & reliquorum hodierni aevi ignorari. Desiderantur tamen adhuc plurima, & Acta Comitiorum ab anno MD. usque ad HORTLEDERI initia, MULLERUS quidem, eodem, quo Friderici III. & Maximiliani I. Theatrum Comitiorum jam editum modo, paraverat, cujus Continuationis imaginem quandam illius *Neche-Sachs* & *Staat* sistit; sed opus haud prodiit. Rursus ingens in actis lacuna, ab Hortledero ad Lundorpium usque. Nec ipsi RECESSUS IMPERII, nova licet cura, & me simul in maximam partem laboris veniente editi, ita comparati sunt, ut non Operi in plurimis rite aucto, supplementa adhuc scribi queant. Insignia defuere *Historiae Legum* ipsarum publicarum Imperii nostri; *Historia* autem legum nostrarum litteraria, fere inculta simul jacet, nec mea sufficiunt festinata, in *Epistola*, novae Reccessuum Imperii Editioni adjecta, primas tantum lineas ducentis, (a) initia. Ea-

dem vero humanae imperfectiois ratio. Et semper deerit aliquid, ac quo plus inventum sit, eo ampliora accident desiderata. Imo etiam quam velim, diversas non esse ortas Iuris-Consultorum, in ipsa docendi discendique Methodo sectas. (b) Alii antiqua nimis extollunt, & si non verbis, facto tamen, tempus recentius fere insuper habent. Alii Iuris Publici Cultori sufficere putant, si Germaniam a Caroli V. aevo, aut si Diis placeat, forte pace Westphalica inde usque, sibi notam reddat, compendium videlicet laboris (de bonae mentis Doctoribus loquor,) in re satis ardua inventuri. Ferri possent haec qualiacunque, laboris levandi, aut a studiis cujusque propriis profecta Consilia, si non usus doceret cottidie, haec negotiis haud sufficere. Ego enim illis innutritus, fide mea asserere possum, vix ac ne vix quidem semissem occurrentium negotiorum, sine notitia Antiquitatis rite geri posse. Controversiae Reipublicae nostrae, (in quam sensim sensimque incidimus, quaeque plures formae suae mutationes passa est) non ita recens legibus definitae, ut non plurima, Observantiae aut antiquioribus legibus relinquerentur, ubi non erit, quod à notitia Reipublicae ad Carolum V. usque, non ultra descendente speres.


§. 45.

Finge tibi exempli loco, & nosti fortassis rerum argumenta, de erectione novi Episcopatus rem esse, aut Abbatiam aliquam Regalem, de unione ac uniendi Iure disceptare. Tutari in prima causa aliquos, Regum Germaniae Iura, Metro-

litani auctoritatem, summo Pontifici hic non esse liberam & privam facultatem contendere. Provocari ad antiqua Ecclesiae Germanicae Iura. Obmoveri auctoritatem Pontificis lapsu temporis quaesitam, Exempla, Analogiam, & reliqua, ex parte contraria. In altera vero causa adduci, Monasteria Regalia non nisi a Regis dispositione pendere, & nihil, ullis Concordatis aut Pactis cum Pontifice, huic potestati derogatum esse. Contra niti alios, haec cuncta amissa dicentes, nec Reges ipsos hic in partes venire velle. Vtrinque vero Observantiam obtendi. Iam, si Iudicis aut Advocati partes obeas, percurrere omnia quaecunque legeris à nostro aevo inde ad Carolum V. nec aliquid quod fatiet deprehendes. Recurres ergo ad omnia nostra Concordata, recurres ad Carolum M. usque, & omnes Episcopatum novorum, omnes Abbatiarum regalium unitarum Historias. In mere secularibus, ne Auream Bullam quidem, Legem Imperii constantem, ex aliis, quam imae Antiquitatis fontibus, explicueris. Si ad Italianam tendas, nullas omnino Leges novas, omnia regentes invenies. Imo audies, allegari ipsam Constantiae Pacem, & de illius Explicatione disputari. Porro Recursuum cottidianas ambages, sine Imperii antiquissima observantia, in recens non definitis, haud dijudicabis. Et senties profecto, rebus non eadem, quae esse quandoque suaviter in cathedris & libellis dicuntur, placita applicari posse aut oportere. Nos vero, hic calanum quietere volumus.

(b) DITHMAR de Orig. Iur. Publ. §. IV. sqq. latissime. Add. SCHEID de diversis ICTORUM sectis passim.





LITTERAE ANECDOTAE III.

Num. I. Ex authent.

Ludovicus IV. Rex Romanorum Friderici Severi sociae, Filiae suae Mechtildi, dotem X. Mill. Marc. argenti, ex bonis Imperii, pro ob-servantia dicat. 1323.

Wir Ludowigk von Gottes Gnaden Römischer Chunig zu allen Zeiten Merker des Reichs, veriehen öffentlich an diesem Brife, das wir unserm lieben Eydem und Fürsten, Friderichen Landgraven zu Doringen und Marchgraven zu Messen zu brautschaz und heymsteuer unser lieben Tochter Mechtilden seiner Wirthynn, gegeben haben, zehen tausent Mark Silbers, und haben ym darumb verfaßt und eingantz wort Molhausen und Northusen unser und des Reichs Stete, als Wir das wol gethun mozen, nach recht und alter Gewonheit der Römischen Konige; dieselbigen Stete sal er und sein Erben mit allen Nutzen also lange inne haben, unß Wir oder unser Nachkomen an dem Reich sy von ym oder seinen Erben um das vorgeschrieben Gut wieder ledigen und erlösen; darüber zu Urkunde geben Wir disen Brif mit unserm Königlichem Irriegel verfaßt. Der geben ist zu Nurembergk an dem nechsten Sambstage nach dem Uffarttage do man zalt von Cristis Geburt dreyzehenhundert Jare darnach in dem drey und zwenzigsten Jare, in dem neunnden Jare unsers Reichs.

Num. II. Ex authent.

Ludovici IV. Mandatum ad Mublhusinos & Northusinos quibus Ius dotandi filias ex bonis Imperii pluribus explicat, & ut pignori se submittant jubet 1329.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus prudentibus viris Magistris Consulibus Scabinis ac univertis civibus in *Mulbusen* (a) suis & Imperii fidelibus dilectis gratiam suam & omne bonum. Licet pro contemtu contumacia ac aperta, inobediencia nostrorum & sacri Romani Imperii fidelium

(a) North. in Northusen.

Iusticia exigente acribus & diris fulminacionibus sententiarum procedere possemus nec non eos corrigere ac arguere fortius reatuum suorum pro commissis, volentes tamen semper in omnibus Iuris rigorem misericordia potius quam censura serveritatis temperare, eosdem non solum ordine Iuris sed etiam aliquociens ad instar fraterne ammonitionis, que Ewangelicis & positivis constitutionibus viam felicitatis importat, requirimus & monemus, ut se ab erroris sui tramite revocent & convertant. Constat itaque vobis, quod jam dudum vos & civitatem *Northusen* (b) Illustri *Fridrico* Marchioni *Missenensi* genero nostro Karissimo pro decem millibus marcharum argenti boni & legalis ponderis, (c) sibi *in dotem*, ad inclitam *Mechtildim* filiam nostram conthoralem suam, constitutis, duximus pignori obligandos, sicut hoc exemplo *divorum predecessorum nostrorum* illustrium Romanorum Imperatorum ac Regum didicimus, qui sicut & nos, de consuetudine Sacratissimi Romani Imperii in *Alemannia*, à tempore cujus non extat memoria observata, que quidem consuetudo vim *Legis obtinet sicut nonnullæ aliæ consimiles* (d) *consuetudines Imperii quas Legibus stringi non oportet, cum supra Legem sint*, filiis & filiabus suis tante pecunie summam in dotem seu donacionem propter nuptias in bonis Imperialibus constituere poterant & valebant. Subjuximus etiam mandando vobis & districte precipiendo, ut eidem marchioni parère obedire & in omnibus tamquam nobis deberetis quousque sibi nomine pignoris astricti essetis, pro pecunia memorata. Vos tamen hujusmodi nostrum jussum & ordinatum preceptum vallatum consuetudine autorizabili premissa & notoria omnibus Imperii principibus contemptib. liter respuentes & per multa tempora usque adhuc refutantes in nullo penitus attendistis, nec eisdem parvistis tanquam fideles Imperii & devoti de quo multa ammiracione ducti contra vos movemur indignacione animi nostri, multiplici atque gravi; Presumentes tamen quod equalitas rationis & demonstracio nostre possibilitatis ac consuetæ auctoritatis Imperii premissæ qua presentibus contra vos progredimur vos à tali pertinacia & inobedienti animositate debeant tanquam melius informatos penitus revocare, ideo servantes ordinem preallegatum, fidelitatem vestram denuo tenore presentium requirimus & monemus Nihilominus vobis sub obtentu omnis gratie nostre & perpetue indignacionis nostre injungimus & mandamus: Quatenus adhuc prefato Marchioni *Missenensi* genero nostro juxta continenciam literarum suarum sibi per nos de prefata dote concessarum per prestacionem omagiorum vestrorum ac omnis recognicionis paricionem immediate visis presentibus, tanquam nobis, & quo usque per nos vel nostros successores pro prefatis decem millibus marcharum argenti ab eo vel suis heredibus absoluti fueritis, obedienciam faciatis debitam & condignam; Quodsi in antea sicut huc usque in nostrum & Imperii vituperium facere spreveritis, contra vos universos & singulos ac civitatem vestram predictam usque ad privacionem privilegiorum & Iurium vestrorum ac liberta-

(b) *Northus. vos & civitatem vestram Id. &c.*

(c) *North. post ponderis additur: una cum civitate in Mulhusen.*

(d) *Al. ceremoniales.*

tum quarumcumque, cum inflictione poenarum ultimarum immediata procul dubio procedemus, & ex nunc prefato marchioni genero nostro commissimus & speciali dedimus in commisso, ut una cum omnibus Baronibus & complicitibus suis, vos contingentibus & aliis ubicunque, quibus hoc idem injunximus, scriptis nostris, ut vos si presens nostrum mandatum iterum refutaveritis, invadant auctoritate nostra omnibus modis & viis coactivis, vestram audaciam usque ad ultiores nostros processus ad ordinem debitum compellendo viriliter & potenter. Actum & datum in civitate *Papie* sub anno Domini Millesimo Tricentesimo vicesimo nono prima die Iulii regni nostri anno Quintodecimo Imperii vero secundo.

Eadem die plane geminum Mandatum Northusam emissum, huic per omnia simile, exceptis iis quae in notis notavimus.

Num. III. Ex authent.


Ludovicus IV. Friderico Severo X. Millia Marcharum dotis nomine in Mulbusa & Northusa assignata & pignore ulternus stabilita demum auctoritate Imperatoria confirmat. 1329.

L*udovicus Quartus* Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Illustri Friderico Marchioni Missenensi principi & genero suo Karissimo gratiam suam & omne bonum. Soliti sumus ea quae hinc retro rite & rationabiliter peregrimus scriptis nostris novis frequentius roborare, ut per convenientiam gestorum nostrorum, tam quod per cirographorum demonstrationem cunctis in perpetuum pateat evidenter. Cum itaque tibi jamdudum ad inclitam *Mechtildim* conthoralem tuam filiam nostram karissimam decem milia marcharum argenti puri & boni ac justis & legalis ponderis in dotem de bonis Imperii duxerimus provide constituendum prout nos sicut ceteri Romanorum Imperatores ac Reges predecessores nostri dive memorie, qui filiis ac filiabus suis in dotem seu donationem propter nuptias de bonis Imperii ordinare consueverant, de consuetudine Imperii in *Alemania antiquitus & temporibus quorum non extat memoria observata*, licite facere poteramus, litteris nostris aliis tibi desuper traditis & concessis, obligantes tibi nomine pignoris pro iisdem decem milibus marcharum argenti, civitates nostras & Imperii, videlicet *Northusen & Molbusen* per te ac heredes tuos tenendas & possidendas pleno iure quousque per nos vel nostros successores in Romano Imperio, solute ac liberate fuerint, pro summa pecunie supradicta; Volentes igitur eandem constitutionem seu dotis donationem in parte aliquantulum non frustrari, nec in toto, sed perhennis modo quo facta est obtinere duracionis firmitatem tibi ac tuis heredibus, prefatam dotis constitutionem seu ordinationem de decem milibus marcharum nec non litteras desuper tibi traditas ac indultas sub omni continencia sua & clausulis quibuscunque, auctoritate nostre

